eas ad eclia(m) parochie patris ul' aui paterni //

Quo(modo) d(ebe)t citari vniu(er)sitas ul' collegiuz.

Et si fuerit vniuersitas ul' collegium debeat
et possit exbap(n)niri in (cur)ie palatij pot(est)atis uel
Capita(ne)i ul' (cur)ie ul' alius antedictis. Et si
fuerit in ciuitate burgis ul' suburgis pus(ter)l(e) debeat
notificari bap(nu)m eadem die in loco ubi vniu(er)si
tas ul' collegium (con)sueuit (con)gregari. Si uero
vniuersitas ul' collegium fuerit seu h(ab)itauerit
ex(tra) ciuitatem burgos ul' suburgos debeat de(ni)(que)
bap(nu)m notificari in loco p(re)d(ict)o siue alt(er)o eorum
i(n)fra tres dies a die dati bap(ni) p(er) bayulu(m) co(mun)is pus(ter)l(e)
Et sicut fecerit d(i)c(tu)s bayulus et tubat(or) ita refe(rr)e
teneatur relationi quorum et cuilibet eorum credatur
et stetur i(n) quo bap(n)o illi qui fuerit habita(n)s in
ciuitate burgis ul' suburgis detur t(er)min(us) (com)pare(n)di
triu(m) dierum et illi qui no(n) fuerit habitans i(n) ciuitate
burgis et suburgis s(ed) fuerit h(ab)itans i(n) co(m)itatu
pus(ter)l(e) detur t(er)min(us) otto dierum (com)putando(rum) a die noti
ficationis fiende de d(i)c(t)o bap(n)o. Si uero qui habi
tatores no(n) h(ab)u(er)int in ciuitate burgis ul' suburgis ul'
co(m)itatu pus(ter)l(e) detur termin(us) (com)pare(n)di ad arbitrium
offitialis (co)gnoscentis et notificet(ur) ad eclia(m) par(ochie)
patris ul' aui paterni. qui t(er)min(us) bap(ni) nullo m(od)o
prorogari possit. quo t(er)mino bap(ni) elapso uenire
(con)tumax in o(mn)ib(us) h(ab)eatur et tamq(uam) (contra) ueru(m) (con)tumacem
procedi possit ad (con)dep(n)ationem no(n) obsta(n)te q(uod) per
emptorie ul' tres citationes loco p(er)emptorij non
i(n)teruenerit et talis (con)tumax plegitie (con)fesso in
Juditio habeatur et p(ro)inde ac si (cor)a(m) p(ro)prio legitie
(con)fess(us) fuisset malefitium cum o(mn)ib(us) qualitatib(us) suis
debeat (con)dep(n)ari etiam si sup(er)uenerit accusat(or) qui
accusationem suam de tali malefitio (contra) talem con
tumacem i(n) p(ro)cessu i(n)quisitio(n)is porrexerit post
d(i)c(t)um t(er)minum bap(ni) elapsum quo casu s(cilicet) elapso
termino bap(ni) i(n) p(ro)cessu i(n)quisitio(n)is Judex non
possit admictere accusatione(m) et si admiserit ip(s)o
Jure no(n) Valeat et p(ro)ductio et quidq(ui)d factu(m) fuit
sup(er) ip(s)a accusatio(n)e. Et si licentia seu (com)missio
bap(ni) apparuerit scripta p(er) notarium malefitio(rum)
quam scribere teneat(ur) iuxta citationes (et) p(re)dicte su(n)t
sufficiat relatio p(ro)tubatorem facto de ip(s)o bap(n)o dato
no(n) obstante si no(n) i(n)terfuerit notari(us) malefitio(rum)
cum ip(su)m bap(nu)m dabitur et exbap(n)nimentum
et (con)dep(n)atio facta de tali (contra) talem (con)tumacem
ualeat et teneat et habeat roboris firmitatem
Nec p(ro)p(ter) obmissum ul' p(re)uatum ordinem ul' solep
nitatem Juris ul' Juditij ul' quia exbap(n)nitus
ul' (con)dep(n)atus p(ro) (con)tumacia(m) sit fili(us) familias
ul' minor ul' filius familias et minor ul' q(uod)
no(n) affuerit assensus patris ul' alteri(us) h(ab)entis
in potestate ul' curatoris ul' modo aliq(uo) qui
possit dici ul' excogitari ualeat uitiari. s(ed) hijs
no(n) obstantib(us) executioni penitus demandentur
Et no(n) obstante q(uod) quis no(n) fuerit p(rese)ns et citat(us)
ad sententiam etiam ubi i(n)gerit pena sanguinis
et no(n) obstantib(us) aliquib(us) alijs. Dummodo
de malefitio et qualitatib(us) malefitij constet
p(er) legitimam (con)tumaciam s(ecundu)m forma(m) statutorum
seu p(er) testes ul' Instr(ument)a. aut (con)fessionem seu alio
genere p(ro)bationis (con)cesso. Et si aliquo ex p(re)dictis
generib(us) ul' speciebus seu modis p(ro)bandi no(n) (con)stiterit
de malefitio (con)dep(n)atio ip(s)o Jure sit nulla. Et
i(n) malefitijs h(ab)eatur quilibet pro (con)tumace si legitie
fuerit citatus et bap(nu)m datum (et) notificatio
facta ut sup(ra) d(i)c(tu)m est et p(ro)pte(r) eu(n)dem al(iter) non
(com)paruerit. Et i(n)sup(er) Volum(us) aliquo no(n) obsta(n)te
ne malefitio(rum) p(ro)cess(us) causa paruu defectus
aliqua(n)do i(n) eis occurrentis p(er) aliquem Judice(m) uitiet(ur)
Et si aliq(ui)s fuerit citat(us) occ(asio)ne alicui(us) malefitij p(er)
aliquem bap(n)itorem seu bayulu(m) co(mun)is pus(ter)l(e) et licentia
seu (com)missio citatio(n)is appareat data p(er) notarium Ju
dicis bap(n)itori seu bayulo ualeat et teneat ac si
esset data p(er) Judicem. Et si relatio facta p(er) bayulum
fuerit facta cora(m) notario ualeat et teneat ac si
esset facta coram Judice. Statuim(us) quoq(ue) et
ordinam(us) q(uod) notari(us) d(omi)no(rum) potestatis et Capita(ne)i
ul' alteri(us) offitialis sup(ra)d(ic)ti deputati sup(er) male
fitijs teneatur et debeat Vinculo debiti Juramenti
ad pena(m) C s(olidorum) de(nariorum) p(ro) qualib(us) uice scribere i(n) (com)missio
nib(us) citationu(m) malefitio(rum) o(mn)ia no(m)i(n)a et p(re)no(m)i(n)a
accusato(rum) (con)tento(rum) in ip(s)is accusatio(n)ib(us) et specificat(e)
et illud idem obs(er)uare debeant i(n) relatio(n)ib(us) et (com)mis
sionib(us) bap(n)o(rum). Et si in Vna et eadem accu
satione plures fuerit accusati no(n) possit pet(er)e n(ec)
fieri absolutio de aliquo accusato. Insup(er) ad obuia(n)
dum ne p(er) offitiales co(mun)is pus(ter)l(e) fiant gratie pro
cessuum ip(s)o(rum) offitialium q(uo)d s(e)p(e) reperitur p(re)ter statu(tum)
Statuim(us) q(uod) notarij malefitio(rum) teneatur et debeat
statim an(te)q(uam) p(ro)cedatur ad citatione(m) accusati seu i(n)q(ui)
siti ul' responsionem ip(s)i(us) totum tenore(m) i(n)q(ui)sitio(n)is
et accusatio(n)is i(n) scriptis i(n) qualibet cedula clausa (et) sigil
lata dare massarijs co(mun)is pus(ter)l(e) seu notarijs ul'
fancellis eo(rum). quem tenorem i(n)quisitio(n)is (et) accu
sationis in d(i)c(t)a cedula scriptum dicti massarij
et fancelli (et) notarij recip(er)e teneantur et ponere
in Vna cassula. et ip(s)a cedula (con)tine(n)s tenorem
p(re)d(i)c(tu)m debeat esse sigillata sigillo potestatis Vel
Capitanei Vel alteri(us) offitialis sup(er) cognitione(m)
h(ab)entis de malefitijs ad cui(us) p(er)tinebit offitium

sup eis procedere ex parte exteriori ipi' cedule sepe
ptineantur ista vz nomen pnomen illi' seu illo
rum qui est ul' sunt accusati et nomi et pnomi
accusatoris ul' accusatorum et inquisiti et inqsitor
et porrigentis ul' promouentis inquisitionem si ex
mero offitio no pcederetur et similr faciat si ex
mero offitio pcedat et dies et mensis porrecte et
formate inquisitionis et accusationis debeat etiam
solui gabella accusationis sm formam statutorum an
q accusatio porrigatur. Et alr sup ea pcedi no poss.
Et si procederet processus no ualeat ipso iure.
Et si contigerit no posse hri copiam die termini fo
mande inquisitionis ul' porrigende accusationis
ul' reaccusationis de massariis nec fancellis nec
notario qui debet scribere introytus gabelle dicto
casu p rectorem qui vult inquirere ul' illum qui
vult accusare ul' reaccusare possit inquisitio fo
mari et accusatio seu reaccusatio pdicta adcitati
onem pcedi no obstante q dictis massariis vel
notariis seu fancellis no sit data copia inqsitio
nis accusationis ul' inquisitionis ul' gabella per
accusatorem ul' reaccusatorem sit soluta. dummodo
de dicta gabella fiat depositum penes aliquem ex notis
deputatis ad copiandum acta criminalia facta
prius ptestatione ad cameram massariorum q penes
no stat quominus soluat dictam gabellam. quo facto
Rector inquirens ul' coram quo pduceret accusatio
ul' reaccusatio teneatur infra tres dies cputandos
a die pme citationis emanatis sup inquisitione
accusatione ul' reaccusatione pena. C. libr. den.
mictere copiam dicte inquisitionis accusationis
seu reaccusationis sm formam pdcam. Et dictos massa
rios cogere infra dictum tpus ad dictam copiam et ad
dictam gabellam recipiendam sub dicta pena. Et valeat
et procedat iuditium sup eis ac si soluta gabella
fuisset et copia pducta et assignata dictis massariis
siue eorum notariis in pncipio et tempore debito. Qui
massarii teneantur facere et hre duas cassulas. vz
vnam p cedulis mictendis pecunia potestatis ul' alteri'
offitialis sup' noiati. et aliam p cedulis mictendis p
curiam dni Capitanei. Que cedule seu copie postq fue
rint recepte p dictos massarios no possint nec debeant
restitui ul' retrahi de camera dictorum massariorum nec
debeant dicti massarii pmictere q meis aliqd addat
ul' mictatur pena dictis massariis. CC. libr. den. si
contrafecerit de quibus cedulis fieri debeat pronum ex notis
massariorum inuentarium ptinetes diem assignationis
et receptionis ipsarum pena ipis massariis pdca fieri
no facientib. CC. libr. den. Et eo tpre quo fuerint
electi ul' extracti de saculo sindicatores potatis vel
Capitanei ul' supdci alti' offitialis. s. eo die vl' sequenti
teneantur et debeant ipi massarii ul' alter eorum
dare seu pducere omes scripturas et cedulas datas
p notarium offitii sindicandi ipis sindicatorib et sibi
protestari eorum causas et pcessus factos pdictum offitiale
examinet et solite inuestiget que ad eius spectet offitium.
Et si dicti sindicatores reperierit cdepnationes
ul' absolutiones factas p eos no esse iuridice ul' iuste
latas cdepnet talem offitialem talia cmictentes cõi
pus et etiam pti si ipam leverit i iuste cdepnado
vl' absoluendo in eo i quo lesum fuerit cõe ul' lesa ps

Et i pena debita sm formam statutorum si super eis
no pcessit. Et si causam no terminauerit infra tpus
a statuto limitatum si causam difinitiue et terminare
potuerit.

Quo tempore accusatus reaccuset. Rubrica.

Si aliquis accusauerit aliquem ille qui ac
cusatus ul' denuntiatus fuerit debeat et
possit ipm reaccusare ul' denuntiare an q ipse
accusatus discedat de curia tempore quo ipse
respondebit accusationi ul' denuntiationi de eo
facte et ante responsionem qnaiq coram illo offi
tiale tn coram quo reaccusare uolens accusatus
ul' denuntiatus fuerit aliter no audiatur nec aliqs
de sua familia n aliquis qui eius mandato reaccu
saret uel denuntiaret. Saluo q si aliqs uellet
reaccusare ul' denuntiare de falsa accusatione
ul' denuntiatione qd eum facta sunt accusatorem
ul' denuntiatorem possit eum reaccusare et sibi
liceat coram eodem offitiale dum taxat coram quo
accusatus ul' denuntiatus fuit infra tres dies utiles
post responsionem i quib diebus offitiales cois
pus ius redditur et reddi pot. Et processus fieri
possint i criminalib causis ita q reaccusare
uolenti dictum tpus no currat ad reaccusandum
et ad accusationem pducendum nisi prius red
datur in criminalib causis ul' reddi possit sm
formam statutorum cois pus die responsionis et
representationis prum facte no cputato in dicto
termino trium dierum et an responsione qnaiq
et no ultra dictum tpus et terminum. Et q infra
dictum tpus tales reaccusatus ul' reaccusare
uolens in palatio de nocte stare ul' reside non
possit nec debeat ptextu dicte reaccusationis uel
denuntiationis. Et q iudex et notarius maleficiorum
sup processu dicte denuntiationis ul' accusationis
teneantur et debeant pena. C. libr. den. facere
dari copiam accusationis ul' denuntiationis facte
de tali accusato ul' denuntiato ad petitionem ipius
accusati ul' denuntiati uolentis de falso reaccusare
die sue representationis et responsionis ul' sequenti que
petitio scribi possit p aliquem ex notariis palatii
cois pus. Et q notarius maleficiorum scribere
teneatur diem exibite copie in actis subpena. x.
libr. den. Item dicimus q si aliqs accusauerit
aliquem psequendo suam vel suorum iniuriam non
possit ab accusato ul' ab alio pendente dicta accusa
tione reaccusari ul' accusari de aliquo maleficio
ab aliquo no psequente suam ul' suorum iniuriam
saluo q interim durante dicta accusatione non
currat tempus aliquod ei accusare uolenti de eo
maleficio de quo iterum accusare et reaccusare no
potest.

De no prosequente ul' no pbante accusationem ul' inquisitionem. Rubrica.

Qui coram potestate ul' Capitaneo ul' alio
offitiale quouis noie censeatur ul' aliquo
eorum iudice aliquem de aliquo maleficio accusa
uerit uel denuntiauerit ul' qd aliquem inqsitione
dederit ul' porrexerit ul' pmouerit psequendo suam

.Nota.

vel suorum iniuriarum si accusationem vel inquisitionem vel denuntiationem usque ad latam sententiam condempnatoriam non fuerit prosecutus vel non probaverit in .xl. s. den. nomine pene puniatur. Et si accusator denuntiator vel inquisitionis promotor accusaret vel denuntiaret vel inquisitionem promoveret de aliquo maleficio non prosequendo suam vel suorum iniuriam et non fuerit prosecutus usque ad sententiam vel non probaverit solvat communi pisarum .xxv. libr. den. Exceptis personis quibus per formam statutorum denuntiandi necessitas imponitur. Et si accusaverit vel denuntiaverit vel inquisitionem dederit et non probaverit maleficium per testes vel per contumaciam vel confessionem accusati vel denuntiati vel contra quem inquisitionem dederit vel per famam publicam in casibus in quibus per formam statutorum potest procedi ad tormenta vel ubi sufficiat probatio fame debeat solvere .xl. s. den. et reficere omnes expensas accusato vel denuntiato vel illi contra quem inquisitionem dederit quas fecisset et fecerit occasione huius questionis. dummodo remaneat in providentia potestatis vel capitanei vel alicuius alterius officialis cognoscentis si accusatio vel denuntiatio vel inquisitio fuerit vel erit calumpniosa. Et si potestas vel Capitaneus vel alius officialis supradictus nominatus viderit accusationem vel denuntiationem non calumpniose fore factam tunc accusator vel denuntiator vel inquisitionis promotor licet non probaverit ad penam solvendam vel refectionem expensarum aliquatenus non cogatur. Et hoc intelligatur si in accusatione aliquis accusaverit unum vel plures quod semper debeat et teneatur solvere tantum penam .xl. s. den. supradictam si contra omnes et singulos in accusatione vel inquisitione et denuntiatione contentos non probaverit ut dictum est non obstante si in una accusatione seu libello fuerint plures accusati. Et si plures fuerint accusatores in una accusatione seu in uno libello dictam penam .xl. s. den. solvere teneatur quilibet eorum. Et quilibet accusator teneatur et debeat quotienscumque fuerit in presentia rectoris coram quo accusationem porrexerit similiter coram dicto rectore comparere sub pena .x. libr. den. pro qualibet vice qua contrafecerit in quam penam debeat accusator contrafaciens per dictum rectorem condempnari. Possit etiam predictum rectorem eidem accusatori de facto imponi et auferri sine aliquo processu vel sententia et nullo iuris ordine servato.

Et predicta non intelligantur in accusationibus dampnorum datorum pro quibus solvatur et solvi debeat modo infrascripto videlicet pro gabella cuiuslibet accusationis dampnorum datorum solvat et solvere debeat accusator ante productionem accusationis s. x. den. Et si ipsam accusationem non probaret vel non prosecutus fuerit solvat massariis communis pisarum .xx. s. den. et reficiat dampna expensas et interesse accusato prout supra in aliis casibus est expressum.

Quod nemo possit accusare de falso nisi facto deposito librarum .xxv.

Ne de facili quis prosiliat ad accusandum de falso. Volumus quod nullus de cetero possit vel debeat accusare vel accusationem producere contra aliquos vel aliquem de productione vel institutione false accusationis et productione falsorum testium seu contra testes quod testis falsum dixerit vel fecerit testimonium vel de quacumque alia falsitate que diceretur esse commissa in iudicio vel extra nec possit accusare aliquem quod produci vel institui fecerit aliquam accusationem falsam vel produci fecerit aliquos testes falsos vel aliam fieri fecerit falsitatem nisi prius deposuerit apud massarios communis pisarum .xxv. libr. den. et postmodum legitime satisdederit quod nisi probaverit accusationem de falso factam per ipsum in predictis .xxv. libr. den. debeat condempnari communi pisarum ac etiam quod debeat condempnari accusato in omnibus dampnis et expensis et interesse ipsius accusati credendis sacramento accusati predicti cum probatione unius testis de veritate. Et si potestas vel Capitaneus vel alter offitialis communis pisarum qui nunc est vel pro tempore erit in predictis vel aliquo predictorum audiverit seu dictam accusationem admiserit predicta forma non servata condempnetur et puniatur quilibet audiens et contrafaciens communi pisarum in .xxv. libr. d. per sindicos ipsius tempore sindicatus et processus factus per eum et coram eo predicta forma non servata ipso iure nullius sit valoris. Et volumus quod in predictis .xxv. libr. den. et in omnibus et singulis expensis et interesse predictis instituens tales accusationes de falso si probata non fuerit condempnetur communi pisarum et accusato ut supra dictum est et secundum formam dicte promissionis et satisdationis fiende per ipsum accusatorem. Et si aliquis secundum predictam formam condempnatus aliquis fuerit in expensis et interesse non possit ab huiusmodi condempnatione et sententia condempnationis appellare nec recursum aliquem ad aliquem iudicem vel offitium communis pisarum vel alium dicta de causa habere. Et si appellaverit vel recursum habuerit recursus et appellatio ipso iure non valeat et habeatur et sit penitus pro non facta. Et iudex qui ipsam sententiam condempnationis tulerit et eius successor sub pena et ad penam .C. libr. den. debeat taxare et declarare ipsas expensas et interesse a qua taxatione et declaratione non possit appellari nec recursus haberi et appellatio interposita et recursus habitus ipso iure sit nulla et nullus. Et faciat et facere teneatur satisfieri de ipsis expensis et interesse et cui debebit secundum formam huiusmodi condempnationis et taxationem infra .xv. dies postquam coram eo petitum fuerit. Et de omni quod fecerit per executionem predicta fienda non possit nec debeat molestari nec sindicari.

Infra quantum tempus possit cognosci de maleficiis

viij

10 Statuimus quod potestas et Capitaneus vel
alter offitialis superius nominatus et quilibet
eorum et cuilibet eorum offitiales possint teneantur
et debeant cognoscere et procedere et condempna
tiones et absolutiones facere prout iustum fuerit
de maleficiis commissis et perpetratis in tribus proximis
mensibus ante introitum eorum et cuiuslibet eorum regimi
nis et offitii sive per viam inquisitionis sive
per viam accusationis si accusatio porrecta
fuerit et de ipsis condempnationes et absolutiones
facere prout iustum fuerit secundum formam statuti
si non esset de ipsis maleficiis iam cognitum et iudi
catum non obstante aliquo capitulo precedente vel
sequente in contrarium loquente. Exceptis furtis
robbariis et homicidiis et seditionibus prodi
tionibus et rebellionibus que committerentur contra comune
Perusii vel contra comune alicuius civitatis vel terre sub
iecte vel recommendate comuni Perusii et aliis maleficiis
que principaliter committerentur contra comune predictum
de quibus possint cognoscere etiam si commissa sunt
fuerint per decem annos ante introitum sui regiminis
Et exceptis criminibus falsorum instrumentorum
de quibus possint cognoscere et de eis sententiam
ferre etiam si commissa fuerint ante introitum sui
regiminis per viginti annos. Et exceptis aliis
falsitatibus de quibus possit cognoscere et punire
etiam si fuissent commissa per x annos ante introitum
sui offitii. De aliis autem maleficiis commissis
et perpetratis ante supradictum tempus trium mensium
proxime precedentium introitum eorum offitii cognitionem
non habeant et condempnationes et punitiones facere
non possint nisi de illis de quibus fuerit inceptum
cognosci vel procedi per suum antecessorem de quibus
fuit per accusationem sive per inquisitionem fuerit
inceptum procedi et possit et debeat processus fine
debito terminari si fuerit inceptum per accusatorem
cognosci et procedi per antecessorem et super accusa
tione ratione ineptitudinis accusationis vel inhabi
litatis persone accusatoris fuerit pronuntiatum non
fore procedendum. Quo casu de tali maleficio possit
procedi et talis processus factus super dicta accusatione
perpetuet iuridictionem sequentis proxime subcessoris super
inquisitione et contra processus factus super inquisitione
perpetuet in casibus supradictis iuridictionem super accu
satione porrigenda coram ipso offitiale inquirente
vel eius proxime subcessore contra aliquam personam.
Et si per aliquem offitialem fuerit inceptum cognosci
contra aliquem de aliquo maleficio commisso contra
aliquam personam intelligatur dictus offitialis perve
nisse iuridictionem in cognoscendo de illo maleficio
et omnibus aliis maleficiis principaliter vel accessorie
commissis contra illam eamdem personam vel illas easdem
personas per illum contra quem fuerit inceptum cognosci
tempore et temporibus loco et locis deductis in accu
satione vel inquisitione facta de maleficio vel ma
leficiis de quo vel quibus inceptum fuerit cognosci
que preventio intelligatur esse facta etiam si non
appareret de processu facto super iuditiis vel alio et si
non appareret esse porrecta accusatio vel inquisitio
formata. Sed solum sufficiat de preventione citatio
unica verbalis vel etiam realis.

De insultu. Rubrica.

11 Quicumque fecerit insultum contra aliquem in platea viiij
comunis Perusii vel in palatio comunis vel populi vel in
domibus in quibus morantur dominus potestas vel dominus
Capitaneus vel domini priores artium vel maior et
sindicus vel iudex iustitie vel in episcopatu perusino
vel in aliis quibuscumque domibus habitationis cuiuscumque
offitialis forensis comunis Perusii vel in domo Sapientie
que constructa est in porta Eburnea per reverendissimum
patrem et dominum dominum Nicolaum divina provi
dentia Episcopum tusculanum dignissimum
Cardinalem vel in aliqua Ecclesia vel in platea
ecclesie vel loco ante ipsam ecclesiam ubi ecclesia plateam
non habet. qui locus sit propinquus per quinque
passus introitui magis principali ipsius Ecclesie
seu porte per quam habetur ingressus in ipsam ecclesiam
vel in quocumque loco coram potestate vel Capitaneo vel
maiori sindico vel iudice iustitie vel prioribus
artium vel aliquo ex iudicibus eorumdem vel contra
Capitaneum custodie civitatis Perusii vel in locis ubi
redditur ius per dictos offitiales vel etiam contra Consules
mercatorum auditores Cambii vel aliquem ex Came
rariis Artium Civitatis Perusii vel in aliqua quarumcumque
stratarum regalium Civitatis et burgorum Perusii vel
in aliquo rembuccho vel via exeuntibus ad plateam
comunis Perusii vel ad aliquem quamcumque stratarum regalium
ad xx passus vel in domo Macelli veteris vel
in domo piscarie veteris vel domibus campionis
in quibus consuevit vendi bladum carnes et pisces
comunis Perusii et habentium adeo comuni vel in via qua
itur ad macellum et ad piscariam inter domos
olim domini Venaoli et nunc comunis Perusii et domos olim
domini Uguicionis Ranuccini et nunc nepotum Ranutii
Laurentii Lelli Contoli et Nicolai Uguitii et nepotum
vel in via que est super murum campi batalie ab
Ecclesia sancti Donati usque ad domum olim Nicolutii
Bonaventure et nunc Angeli domini Legerii que est
in introitu voltarum pacis vel in stratis que sunt
iuxta domum Sapientie ex parte superiori vel
ab Ecclesia sancti Angeli usque ad Ecclesiam sancte
Marie de valle vel ex parte inferiori ab angulo
domorum que fuerunt olim Magnarelli Lelli Pe
ronelli et nunc dicte domus Sapientie usque ad
Ecclesiam sancte Marie de valle inclusive vel
in aliqua camera fundico vel apotecha que
esset in platea comunis Perusii vel contigua ipsi platee
vel dicte vie que est super murum in qua aliqua
ars exerceretur per aliquem artificem cuiuscumque artis
si fuerit cum armis in Centum libr. den. si sine
armis in L libr. den. pro vice qualibet condempnetur et
puniatur. In aliis vero locis quibuscumque cum
armis in L libr. den. si sine armis in xxv libr. den. No de locis non privilegiatis
pro vice qualibet condempnetur et puniatur.

[illegible]

b a 333

Quicumque uero insultum fecerit ad domum alicuius contra aliquem uel meius iniuriam uel alicuius de familia sua siue sit sua propria siue conducta siue aliter possessa et habitet in ea per se uel familiam siue non habitet in ea dummodo tunc sit in dicta domo licet non habitet uel ad cameram alicuius artificis in qua moraretur ad suam artem exercendam uel ad claustrum uel ad vineam ortum uel clausuram uel ad quamcumque aliam rem alicuius uel ab eo possessam uel possessum uel quam haberet conductam uel conductum uel teneret ad laboritium uel contra aliquem de familia uel familiares alicuius eorum si fuerit cum armis de nocte in CC libris denariorum puniatur et si sine armis in C libris denariorum. Sed si de die cum armis in C libris denariorum puniatur. Sed si sine armis in L libris denariorum pro vice qualibet condampnetur et puniatur. Et si dictus faciens insultum ad domum uel ad cameram claustrum uel vineam ortum uel clausuram uel aliam quamcumque rem alicuius uel ab eo possessam uel possessum conductam uel conductum uel quam teneret ad laboritium uel contra aliquem de familia uel familiares alicuius eorum uel in qua moraretur ad suam artem exercendam tunc intraret dictam domum claustrum uel vineam cameram ortum uel clausuram predictam uel aliam quamcumque rem alicuius uel ab eo possessam uel possessum conductam uel conductum uel quam teneret ad laboritium uel contra aliquem de familia uel familiares alicuius eorum uel contra uoluntatem ipsius puniatur tunc pro dicto insultu si fuerit cum armis de nocte in CC libris denariorum si sine armis in C libris denariorum si de die cum armis in C libris denariorum si sine armis in L libris denariorum puniatur. Pro introitu puniatur prout in capitulo loquente de introitu continetur. Si uero insultum fecerit ad domum alicuius habitationis alicuius de nocte cum armis et tales habitantem uel habitantes uocauerint in contumeliam seu iniuriam ipsius seu ipsorum dicendo stende giu uel alia verba contumeliosa seu iniuriosa dixerit contra habitantem uel habitantes puniatur pro qualibet vice et quolibet contrafaciente pena CC librarum denariorum in pecunia numerata sine excomputatione apodixarum. Et si de die in C libris denariorum pro vice qualibet et quolibet contrafaciente. Et si dicti facientes insultum cum armis ad domum habitationis alicuius habitantem uel habitantes uel habitantes uocauerint in contumeliam uel iniuriam ipsius uel ipsorum dicendo stende giu uel alia uerba contumeliosa seu iniuriosa ut supra dictum est et fuerit quatuor uel a quatuor supra si de nocte puniatur et condampnetur quilibet contrafaciens in CCC libris denariorum pro qualibet vice. Si uero de die in CL libris denariorum vice qualibet. Et si aliquis fecerit insultum sine armis ad domum habitationis alicuius uel habitantem uel habitantes alicuius uel habitantes uocauerint in contumeliam seu iniuriam ipsius uel ipsorum habitantium dicendo verba predicta ut supra dictum est uel alia uerba improperii seu iniuriosa uel contumeliosa dixerit si de nocte puniatur et condampnetur quilibet contrafaciens in CL libris denariorum pro qualibet vice. Si de die in C libris denariorum. Nisi insultantes ad domum habitationis alicuius sine armis et uocantes uel talia uerba dicentes ut supra proxime dictum est fuerit quatuor uel a quatuor supra tunc eo in dicto casu si de nocte puniatur et condampnetur quilibet contrafaciens pro qualibet vice in CC libris denariorum. Si de die puniatur et condampnetur quilibet contrafaciens vice qualibet pena C librarum denariorum. Et in omnibus dictis casibus quod continetur sub inscripto versiculo si uero fecerit insultum ad domum alicuius de nocte etc. usque huc non obstante concordia que fieret de predictis uel aliquo predictorum nichilominus remaneat quarta pars pene et in ea debeant predicta malefitia committentes quilibet penitus condampnari et puniri. Siquis uero fecerit insultum ad loca religiosa de nocte cum armis puniatur in CCC libris denariorum. Si sine armis in CL libris denariorum puniatur. Si uero de die cum armis in C libris denariorum. Si sine armis in L libris denariorum puniatur et condampnetur. Si uero aliam iniuriam fecerit seu inrogauerit locis religiosis uel capitulis uel conuentibus religiosorum uel personis ad loca predicta uel locis predictis puniatur dupla pena qua puniretur si aliquas personas intulisset uel inrogasset contra aliam personam. Loca autem religiosa intelligantur hec omnium monialium scilicet loca in quibus habitant moniales. et omnia loca fratrum minorum. et predicatorum et fratrum sancti Augustini. et monasterii sancti petri. et ecclesia fratrum sancte marie. et sancti benedicti. et fratrum sancti sperandei prope perusium. et fratrum sancte marie de monte carmelo. et monasterii sancti Beuegnatis. et monasterii monacarum sancti Johannis montis herilis. et monasterii sancte marie monacorum sancte crucis montis bagnoli. et monasterii corporis christi. et ecclesia fratrum heremitarum. et hospitale de colle et incarceratarum. et alia loca monacorum et canonicorum regularium existentium in ciuitate uel burgis uel in comitatu perusii. Et hospitale misericordie. et mercatorum de porta sancti Angeli et alia hospitalia ciuitatis et comitatus perusii et non alia. Siquis uero insultum fecerit contra aliquam personam et percussiones cum sanguinis effusione et fugatione simul seu eodem tempore seu eadem rixa de percussione facta tantum ualeat condampnari et de insultu et fugatione minime condampnetur. Et idem intelligatur siquis eodem tempore insultum fecerit cum armis et actum fecerit et posuerit manum ad aliquod genus armorum et amenauerit cum armis et euaginauerit ipsa arma et expinxerit et fugauerit et percusserit cum effusione sanguinis uel sine sanguinis effusione de percussione tantum sanguinolenta puniatur et non de aliis. Si uero fecerit aliqua plura ex predictis maleficiis et etiam fecerit percussionem sanguinolentam uel percussionem sine sanguinis effusione quod tantum de percussione sanguinolenta uel non sanguinolenta debeat condampnari. Et de aliis malefitiis quacumque fuerit non possit condampnari uel puniri. Si uero fecerit insultum et percussionem cum effusione sanguinis uel sine sanguine tantum uel percussionem cum

Nota de insultu facto in loco religioso.

Nota quod intelligantur loca religiosa.

Nota de insultu cum percussione cum sanguinis effusione et fugatione simul.

efuxione sanguinis ul' sine et fugatione tm̄ uel
percussionem cu᷑ efuxione sanguinis ul' sine et aliquid
aliud · s · unu᷑ tm̄ exp̄dicis delictis de sola percussione
cu᷑ sanguine ul' sine sanguine cōdēpnetur et nō
de alio delicto seu malefitio cōmisso ¶ Et siquis
fecerit cōtra aliquem eodem tempore cōtinue ꝛ successi
ue fecerit insultu᷑ et eu᷑ fugauerit et cōtra eum
manu᷑ erexerit et emanauerit cu᷑ armis et manū
ad arma posuerit et arma extraxerit seu euagi
nauerit et actu᷑ fecerit ad demonstrationem ad percutiendū
cu᷑ armis et ip̄m fugauerit et huiusmodi aliquid puni
bile s'm forma᷑ statutorum fecerit si tamē eu᷑ seu
personam et corpus eius nō percusserit seu pulsauerit cu᷑
armis ul' sine armis · ul' siquis nō omnia supradicta
malefitia s᷒ aliqua ultra duo exp̄dictis malefitijs
cōtra eandem personā eodem tempore cōtinuate cōmiserit
cōdēpnari debeat pena que imponitur pro insultu facto
cu᷑ armis habita cōsideratione loci et temporis in quibus
delicta talia cōmisit et etiam pena que grauior im
ponitur pro alio exdictis delictis et malefitijs cōmis
sis loco et tempore quibus cōmissa essent ip̄a malefi
tia · s᷒ si tm̄ duo ul' unu᷑ exsupradictis p̄ximis dictis
malefitijs quis simul et eodem tp̄re seu ad eam rissa
cōmisit nō facta aliqua percussione cu᷑ armis uel
sine armis pro uno dictorum malefitiorum per quo grauior
pena statuitur puniatur et cōdēpnetur ¶ Volumus
tamen quod eo casu quo quis esset cōdēpnandus et puni
endus quia fecerit actu᷑ seu quod posuerit manū ad
aliquod genus armorum et euaginauerit arma
ul' quod amenauerit ul' spinxerit ul' quod fecerit in
sultu᷑ ul' fugauerit nō debeat puniri nec cōdēpnari
p aliquo exdictis delictis pro pluribus uicibus · s᷒ tantu᷑
pro una uice ac si semel tm̄ dictu᷑ delictu᷑ cōmisit.
¶ Siquis amenauerit cu᷑ armis cōtra aliquē ul' manū
posuerit ad aliquod genus armorum et euaginauerit
ip̄a arma cōtra aliquem cōdāpnetur et puniatur
et cōdēpnari et puniri debeat ea pena qua puniri
deberet faciens insultu᷑ cu᷑ armis cōtra aliquem
Et quicumque fugauerit aliquem seu post eū fugando
accesserit et eu᷑ prosecutus fuerit cōdēpnari debeat
eadem pena qua cōdēpnari deberet insultu᷑ faciens
cu᷑ armis cōtra aliquem sicut in p̄cedenti casu dictu᷑ est
¶ Insuper uolumus quod si aliquis occiderit ul' percusserit
aliquem cu᷑ sanguinis efuxione aut furtu᷑ uel
robbaria᷑ ul' rapina᷑ in domo ul' extra fecerit uel
dampnu᷑ dederit et si aliquis fuerit eu᷑ persecutus
ul' fugauerit cōtra talem persequentem et fugantem
nō possit procedi per aliquem offitialem cōis perusii.

De percutiente cu᷑ armis a l' xra · (a 2 sine armis f. xx)

12 Ut malefitia nō remaneant impunita Statuimus
et ordinamus Quod quicumque percusserit aliquem
cu᷑ spata falcione cultello mazza ferrata uel
ligna aut gacchone ul' bastone seu stella aut
alio ligno surcello accepta falcella manaria
plumbaiola lapide latere ul' terra copta ul' aliquo
alio genere armorum in platea cōis perusii ul' in aliquo
palatiorum potestatis ul' capitanei ul' maioris sindici
iudicis iustitie cōis perusii ul' alterius offitialis cōis
perusii quocumque nōie nūcupetur ul' in domibus habitatoris
dominorum priorum artium in quibus morantur ad offitium
prioratus excercendu᷑ ul' in scalis dictorum palatiorum

ul' in palatio nouo in quo est armariu᷑ ꝛ camera
Conseruatorum monete et massariorum ul' in scalis
ul' porticibus siue logijs alicuius dictorum palatiorum
ul' audientia episcopatus perusii ab ip̄a audientia
usque ad porta᷑ ip̄ius episcopatus et in ip̄a porta et in
Ecclesia sancti laurentij ul' in uolta ul' capella
sancti herculani ul' in uia que est subuolta
palatij potestatis ante maestatem ul' in ecclesia
ip̄ius maestatis quilibet cōtrafaciens in predictis
soluat et soluere teneatur pro qualibet percussione cōi
perusii nōie pene · vj.c lib. den. Et si nō soluerit infra
xv · dies a die late sententie nūerandos manus
dextra sibi debeat amputari si ex percussione sanguis
exiuerit Et si sanguis nō exiuerit soluat nōie
pene pro qualibet percussione · CCC · lib. den. Si uero
exdicta percussione facta cū armis in aliquo dictorum
locorum cu᷑ sanguine ul' sine sanguine et cicatrix
ul' signu᷑ euidens sit perpetuo remansura ul' rema
suru᷑ in facie ul' in gula ul' mēbru᷑ aliquod
sit remansuru᷑ perpetuo debilitatū ul' sit truncatū
ul' amputatu᷑ manus dextra sibi omnino amputetur
si sine armis sit pena · vj.c lib. den. Et si nō
soluerit infra xv · dies a die late sententie sit
pena manus · et de predictis benefitio cōcordie
nullatenus gaudere possit nec etiam benefitio a
cōfessione. Si uero casus cōtingeret de eo quod
disponitur infra defaciente aliquē cadere in tra᷑
puniatur pena ibi imposita dū tamen quod dictu᷑
est de pena imponenda delinquenti in platea uel
in aliquo palatiorum predictorum nō habeat locū si cōtingat
malefitia predicta cōmicti per aliquem de familia offitialis
cōis perusii qui deliquerit in eodem palatio in quo eius
familia manet si offendat aliquem de familia s᷒
habeat locu᷑ simplex pena absque priuilegio loci et
idem de habitantibus in palatio dominorum priorum. Si
autem in aliqua uia exeunte ad ip̄a᷑ plateam
ul' in aliquo rembuccho alicuius uie exeuntis
ad ip̄am platea᷑ ad · xx · passus ita quod passus
sit quinque pedu᷑ ad pedem cōis perusii designatum
in campanili sancti laurentij (ul' in aliqua camera
cōtigua ip̄i platee in qua aliquis artifex arte sua᷑
excerceret (ul' in aliqua edia existente iuxta ip̄am
platea᷑ cōis perusii ad xx · passus et passus intel
ligatur ut supra dictu᷑ est ul' in porticibus uel in
trasandis ip̄arum Ecclesiarum ul' in strata qua itur
ad macellu᷑ et pistaria᷑ ueterem que est inter
domu᷑ heredu᷑ olim domini uenaccli ꝛ nunc cōis perusii
et domos olim domini uguiccionis Ranutij ꝛ nunc
nepotu᷑ laurentij lelli contoli et Nicolay uguitij
et nepotu᷑ ul' in ip̄a pistaria ul' macello uel
in uia que uadit ad Ecclesiam sancte marie de mercato
post domū quondam domini uenaccli · s · a uia qua itur
ad macellu᷑ ad pistaria᷑ usque ad ip̄a᷑ Ecclesiam
sancte marie ul' in altera uiarum que sunt exutraque
parte iuxta ip̄a᷑ Ecclesia᷑ sancte marie a platea
cōis perusii usque ad uia᷑ que uadit super muru᷑
campi battalie ul' in macello nouo ul' in domibus
campionis in quibus cōsueuerunt uendi bladum
carnes et pisces pro cōi perusii ul' habentes fuerit a dicto
cōi et sanguis exiuerit soluat nōie pene pro

qualibet percussione facta in quacumque parte cor
poris preter quam in facie uel in gula . CC . libr.
den. Et si sanguis non exiuerit in C . libr. den.
Sed si percusserit in facie uel in gula et sanguis exi
uerit puniatur percutiens pena CCC libr. den.
puniatur et condempnetur. Si autem percusserit in
aliqua ecclesia siue in platea ante aliquam ecclesiam
uel in muro campi battalie uel in via iuxta ipsum
murum uel in aliqua camera iuncta dicte vie
in qua aliquis artifex suam artem exercet ab
ecclesia sancti donati de porta sancti petri usque ad
ecclesiam sancte lucie de porta solis siue in aliqua
quarum stratarum regalium ciuitatis et burgorum predictis
in aliqua via exeunte ad aliquam quarum stratarum
regalium uel in rembuccho alicuius vie exeuntis
ad aliquam quarum stratarum regalium prope aliquam
quarum stratarum regalium ad xv . passus ita quod passus
quilibet sit quinque pedum ad pedem communis predicti
in campanili sancti laurentii uel in via qua
itur ad plateam communis predicti ad ecclesiam sancte
marie montis lucidi eundo per portam ciuitatis
que uocatur porta fratris Ranerii et protendit
ante ecclesiam sancti antonii et deinde usque ad
ecclesiam sancte marie montis lucidi et a dicta via
usque ad portam burgi que uocatur porta sancti
georgii uel in aliquo rembucco exeunte ad dictam
viam prope eam ad decem passus uel in via qua
itur ad ecclesiam sancti francisci fratrum minorum
de predicto a platea communis predicti usque ad ipsam ecclesiam
fratrum eundo per viam que est ante ecclesiam sancte
marie de viridario et exit ante domum olim domini
orlandi mini et protendit ad domos domini angeli
domini francisci de statutariis usque ad dictam ecclesiam
uel in rembuccho viarum que exeunt ad ipsam viam
prope eam ad decem passus . scilicet a platea communis predicti
usque ad ipsam ecclesiam sancti francisci uel in via
que incipit a strata regali porte sancte susanne
a domo olim gocciodi et nepotum existente in calce
et uadit recte ad ecclesiam sancte marie de ualle et
exit ad monasterium sancte marie matris dei et
ad ecclesiam sancti bartolomei et exit ad stratam
regalem porte eburnee in via que incipit
in calce et uadat ad stratam regalem publicam porte
sancti angeli eundo ante domum olim Cecroli filii
grimbaldi et ante ecclesiam sancte marie de viridario
et ante domum olim peri de sfilio uel in rembuccho quo
itur a strata publica burgi porte sancti petri
per directum ad ecclesiam sancti donini et sancti stefani
uel in via qua itur ad ecclesiam nouam beati herculani
que est in porta sancti petri scilicet ab ipsa ecclesia et
usque ad ecclesiam sancti donati de porta sancti petri
eundo per portam que uocatur porta bernarda usque
ad ecclesiam sancti donati uel in via communis que est
communis inter portam eburneam et portam sancti petri
uel a platea communis predicti usque ad portam sancte iuli
ane uel in via qua itur ad portam voltule porte
sancti angeli usque ad domum olim Ranerii de
Michaelis uel in via noua que uenit ab ecclesia
sancti florentii usque ad ecclesiam sancti andree
et usque ad plateam communis predicti uel in via que est
ab ecclesia sancti florentii usque ad portam burgi
supra ecclesiam sancte margarite uel in campo
battalie et sanguis exiuerit soluat nomine pene pro qualibet
percussione facta alicui et in persona alicuius in quacumque
parte corporis preter quam in facie uel in gula . C . L .
libr. den. et si sanguis non exiuerit . lxxv . libr. den.
Si uero percusserit in facie uel in gula et sanguis
ex percussione exiuerit pro qualibet percussione soluat
pro pena et nomine pene . CC libr. den. Si uero
sanguis non exiuerit soluat pro qualibet percussione
C . libr. den. Saluo semper in omnibus dictis stratis
et viis eo quod dictum est supra de pertinentibus prope
plateam ad xx passus. In aliis uero locis quibuscumque
si quis percusserit in aliqua parte corporis preter quam
in facie uel in gula si sanguis exiuerit soluat pro
qualibet percussione . C . libr. den. et si sanguis non
exiuerit L . libr. den. Sed si percussio facta fuerit
in facie uel in gula puniatur pena C . L . libr. denariorum
si sanguis exiuerit puniatur. Sed si sanguis
non exiuerit puniatur pena lxxx libr. den. Si
autem aliquis percusserit aliquem cum rebus aptis ad
nocendum non supra determinatis uel inferius deter
minandis per capitula in platea communis predicti uel in aliquibus
dictorum locorum contentorum in principio presentis capituli usque
ad . C . sin autem in aliqua via et sanguis exiuerit
puniatur in . CC . libr. den. Si uero sanguis non
exiuerit puniatur in C libr. den. Et predicta locum
habeant in quacumque parte corporis quis percusserit preter
quam in facie uel in gula. Si uero percusserit in facie
uel in gula si ex percussione sanguis exiuerit puniatur
pena CCC libr. den. Si uero sanguis non exiuerit
sit pena C . L . libr. den. Si uero aliquis percusserit
aliquem in aliquo aliquo ex locis supra contentis in . C .
si autem in aliqua via usque ad . C . si autem percusserit
in aliqua ecclesia et sanguis exiuerit in quacumque parte
corporis percussio facta sit preter quam in facie uel in gula
puniatur pena C . L . libr. den. Si uero sanguis non
exiuerit pena lxxx libr. den. puniatur. Sed si per
cussio facta fuerit in facie uel in gula et sanguis exiuerit
puniatur percutiens pena CC libr. den. Si uero sanguis
non exiuerit puniatur pena C libr. den. Si autem
percusserit in aliqua ecclesia uel in aliquo aliorum locorum
contentorum in C . supra proximo capitulo qui incipit si
autem percusserit in aliqua ecclesia et cetera et sanguis exi
uerit puniatur in lxxx libr. den. et si sanguis non
exiuerit in xl libr. den. nisi percussio facta cum
sanguinis effusione uel sine fuerit facta in facie uel
in gula quo casu habeat locum pena C . libr. den. si
percussio predicta fuerit facta cum sanguinis effusione. Si uero
sanguis non exiuerit habeat locum pena L . libr. den.
In aliis uero locis quibuscumque si sanguis exiuerit
puniatur in L libr. den. et si sanguis non exiuerit
in libr. xxv . den. Saluo si percussio esset facta in facie
uel in gula quo casu percutiens puniatur si ex percussione
sanguis exiuerit pena C . libr. den. Si uero sanguis
non exiuerit puniatur pena L libr. den. ut dicitur infra
in . C . si autem percussio facta fuerit in aliis locis et cetera.
Si uero quis percusserit cum armis in aliquo ex predictis
locis expressis supra in . C . si autem in aliqua via et cetera
et ex percussione cicatrix uel signum euidens sit
remansurum in facie uel in gula uel membrum aliquod
sit remansurum debilitatum puniatur et puniri
debeat pena iiii libr. den. Quam penam si infra x
dies a die late sententie nuntiandis non soluerint man

4v

dextra sibi debeat amputari. Si uero sine armis puniatur et puniri debeat pena .CCC. libr. den.
hereditate ascendentis offensi sm formaz dci capituli
cuz leges. Si autez malefitia commissa fuerint
sine ferro etiaz cuz effusione sanguis no interueni
ente morte ul mebri debilitatione ul mutilatione
inter fres carnales consobrinos ul cognatos uel
agnatos ul inter patruos et nepotes ul iter ma
ritum et uxorez ul inter coniunctas psonas etia paffi
nitatez dum tamen q paffinitatez ul cognationez
no excederet quartuz graduz accipiendo quantum
graduz sm ius canonicum ul que simul starent in
eadem domo et familia ul inter aliquaz ex dcis psonis
ul cu ferro sine sanguis sine sanguis effusione
potas et Capitan ul alter offitialis coïs puß punire
no debeant aliquez eoz dem p inquisitionem nisi ad
requisitionem offensi de qua requisitione constet man
pub notarij quo casu teneatur et debeat offitialis
pdcus i quirere. Sit tn licituz tali offenso accusare et
sup ipa accusatione pcedi debeat ad punitionez ac si
aliuz extraneu offendisset. Et hita concordia ab offenso
tollatur pena in totuz. Sz si mors no sequeret ul
mebri debilitatio ul mutilatio punitio et pena i posito
remaneat et sit i arbitrio potestatis ul capitan ul altius
offitialis cognoscentis de malefitio considerata in hec
conditione et qualitate psonaz et qualitate malefitij.
Si uero pcussio fuit facta cuz ferro et sanguis ul
mebri debilitatio ul mutilatio intercessit ul mors
secuta fuerit tunc puniatur et condepnet ea pena per
omia qua puniri deberet si ot aliuz pdcm ul aliqd
pdcoz commissa fuissent no i loco no priuilegiato.

Ut confitentibus malefitia remictatur quanta
pars pene Rca.

lxviij.

Volumus q si aliqs fuit accusatus ul inquisitus
de aliquo malefitio et tempore quo respondebit
accusatori seu inquisitioni contra euz facte ul for
mate sponte confitebitur uidelz tempore responsionis
prime coraz potate ul Capitan ul alio offitiale
cognitionez de malefitio hente ul alterius eoz

iudice uel alio offitiale cois pus. se maleficium commisisse quod pro tali confessione sponte facta condapnetur in quarta parte minus eius quod soluere deberet si dictum maleficium non confiteretur et postea probaretur. Et si semel negauit iterum ad confitendum minime admictatur. ¶ Dummodo predicta intelligantur et vendicent sibi locum in illis et de illis maleficiis de quibus concordia fieri potest ex forma et secundum formam statutorum et ordinamentorum ciuitatis pus. et non in aliis et de aliis maleficiis ullo modo.

De concordiis. Rubrica. lviiij.

De omnibus maleficiis de quibus facta fuerit quandocumque concordia siue ante initium processus siue post initium processus seu eo pendente potestas et alii offitiales cois pus. non debeat facere punitionem. Exceptis homicidio. falsitate. pace fracta. percussione facta in facie ex qua signum euidens uel cicatrix in facie remaneat. de membro debilitato seu totaliter truncato. robbaria strate facta a publico et famoso robbatore. furto et depopulatione stochetti siue quadreletti et proditione. et excepto crimine blasfemie uel maledictionis dei uel beate uirginis marie uel aliorum eius sanctorum uel percutientis uel expuentis in imaginem uel figuram dei uel beate uirginis marie matris eius uel aliorum eius sanctorum siue. et crimine sodomie. et crimine attentantis dictum scelus committere per aliquem actum extrinsecum uel facto et crimine adulterii et incestus et strupi in quantum dictum strupum per uiolentiam committeretur. Et exceptis dapnis datis. et exceptis quibuslibet criminibus et casibus in quibus per aliquod capitulum statutorum esset prohibita concordia et de auxilio consilio et fauore et mandato et tractatu et ordinatione factis datis et prestitis ad dicta maleficia uel aliquod eorum de quibus concordia fieri non ualeat ullo modo. ¶ Dummodo dicta concordia producta debeat cum solutione gabelle infrascripta determinatur. hoc modo videlicet quod parte accusata uel inquisita quandocumque post initium processus ante lapsum termini bapni in contumacie siue per procuratores siue per aliam personam eius nomine. Et per parentes non obtinet producta possit et debeat cum solutione gabelle infra declarata infra terminum datum eidem comparenti ad suas defensiones faciendas. Et si concordia fiet durante termino defensionis nichilominus dicta concordia producta possit cum eadem gabella infra terminum sex dierum a die facte huiusmodi concordie. dummodo tamen ante publicationem processus. ¶ Statuentes insuper quod in percussionibus sanguinolentis non obstante dicta concordia quod nichilominus accusatus uel inquisitus non liberetur a pena set condapnetur et puniatur in quarta parte eius quantitatis in qua condepnari debuisset si concordia facta non fuisset. Et idem intelligatur de mandante et fieri faciente et de omnibus personis que occasione dicti maleficii deberent condepnari etiam si de auxilio consilio uel fauore accusarentur uel inquireretur. salvo semper statuto posito sub Rubrica de facientibus aliquem cadere in terram. que concordia in casibus in quibus fieri potest secundum formam presentis capituli possit fieri in manibus recipientis absente et ualeat et teneat ac si facta esset principali et intelligatur acceptata concordia et rata habita per principalem eo ipso quod producatur in iuditio per quamcumque personam eius nomine. ¶ Et quod quilibet notarius qui fuerit rogatus de tali concordia teneatur et debeat ad penam C. librarum denariorum reddere et restituere in publicam formam infra tres dies a die qua rogatus fuerat recepta competenti mercede a dicto recipiente concordiam uel ab eo pro quo concordia facta seu recepta fuerit. Et quod si non fecerit uel non restituerit a dicta pena dapna et interesse parti lese teneatur et sufficiat de mercede competenti depositum facere apud alium notarium si ipse recipere noluerit. ¶ Si uero concordia facta fuerit in casibus ubi non prohiberetur concordia fieri et ex ipso maleficio debet ipsum pena corporalis quod uirtute dicte concordie tollatur pena corporalis et publicatio bonorum per qua concordia soluatur et solui debeat massariis cois pus. xxv. libr. den. Et non obstante dicta concordia possit contra talem delinquentem procedi inquiri et condepnatio fieri in pena pecuniaria scilicet in medietate eius in qua condapnaretur si causa non subesset per quam imponeretur pena personalis seu corporalis. Nec super dicta medietate possit beneficium alicuius concordie. Et si per concordiam remicteretur pena corporalis scilicet receptionis percussionis in facie soluatur x. libr. den. Possit etiam remicti per concordiam pena fustigationis et bulle pro qua concordia soluatur et soluere teneantur delinquentes xxv. libr. den. ¶ Pro gabella autem concordiarum soluatur et solui debeat quandocumque ante productionem ipsius concordie videlicet pro delictis ubi in totum tollitur per concordiam ad rationem xii. den. per qualibet libra quantitatis pene in qua ueniebat condempnandus si concordia facta non fuisset. ¶ Pro delictis autem ubi remanet quarta non obstante concordia soluatur et solui debeat dictis massariis ante productionem ipsius concordie ad rationem sex den. per qualibet libra quantitatis pene in qua ueniebat condepnandus si concordia facta non fuisset. Et si in solutione gabelle fuerit erratum usque ad v. s. den. inclusiue non propterea concordia uitietur set ualeat et teneat set quantitas que fuit obmissa in solutione predicta debeat integre solui. ¶ Volumus tamen quod non admictatur nec admicti possit aliqua concordia que fieret per potestatem pus. uel alium magistratum dicti cois uel per sindicum dicti cois de quocumque maleficio crimine uel delicto nisi esset punitum per formam statutorum cois pus. Et nisi in casu quo aliquis forensis offensus ab aliquo recessisset de ciuitate et comitatu pus. quo casu volumus et statuimus quod facta diligenti inquisitione per tria bapnimenta ex parte dominorum priorum in ciuitate pus. diuersis diebus fienda in platea et in stratis rectalibus ciuitatis pus. an dictus talis forensis offensus velit condicere et se opponere quod concordia non possit fieri debeat per sindicum cois pus. fieri quo termino elapso et ipso non comparente tunc sindicus cois pus. possit dictam concordiam facere de offensis que concordia prosit ipsi offendenti in omnibus et quo ad omnia ac si facta esset per ipsum principalem.

De feriis. Rubrica. lx.

Ut sciatur qui dies sint feriati seu in quibus diebus sint ferie in maleficiis. Volumus quod dies feriati et ferie in maleficiis sint

In omnibus diebus dominicis

In festo natiuitatis domini nostri yhu xpi et in duobus diebus proximis precedentibus ipsum festum

In festo sancti Stephani quod celebratur post dictum festum natiuitatis domini et per eius octaua

In festo sancti Johannis euangeliste.

In festo sanctorum Innocentium

Incarnatione domini

In epifania domini.
In conversione sancti pauli apostoli
In purificatione sancte marie
In annuntiatione sancte marie
In nativitate sancte marie
In festo conceptionis sancte marie
In festo assumptionis beate marie virginis
In cathedra sancti petri
In omnibus festivitatibus omnium apostolorum et
In omnibus festivitatibus omnium evangelistarum
In festo sancti herculani de mense martii et de mense novembris
In festo sancti laurentii
In festo sancti francisci de mense ottobris
In festo sancti dominici
In festo sancti benedicti
In festo sancti augustini
In tota ebdomada sancta
In pascate resurrectionis domini nostri yhesu christi et tota septimana usque ad ottavam pascatis resurrectionis domini inclusive
In ascensione domini
In pascate pentecosten et in duobus diebus sequentibus.
In festivitate corporis domini nostri yhesu christi.
In festo beati lodovici
In festo sancti iohannis batiste
In festo sancte marie magdalene
In festo vincula sancti petri
In decollatione sancti iohannis batiste
In festo omnium sanctorum
In festo sancti martini episcopi et confessoris
In festivitatibus sancte crucis
In festo sancti michaelis
In festo sancti bevegnatis
In festo sancti martini pape quarti
In festo sancte lucie
In festo sancti costantii episcopi perusini
In festo beati nicolai episcopi
In prima die quadragesime
In duobus diebus indulgentie que est apud ecclesiam sancti dominici et beati stefani protomartiris de mense augusti
In festo sancte caterine
In festo sancti silvestri
In festo sancti antonii
In festo sancti tome de aquino et
In quolibet die veneris propter reverentiam passionis divine
Et volumus quod in maleficiis non sint ferie in aliquibus aliis diebus nec festivitatibus aliquo iure vel capitulo non obstante.
In causis vero civilibus volumus quod sint ferie in omnibus diebus predictis in quibus sunt ferie in maleficiis et
In festo sancte margarite et
In festo sancti ylarii. Sunt etiam ferie in causis civilibus quolibet die quadragesimali ante nonam tantum post nonam vero sedere debeant usque ad pulsationem campane que pulsatur de sero precedendo et sequendo a banchis a iure reddendo et
In omnibus diebus in quibus essent ferie indicte per priores et camerarios artium civitatis perusii
In festivitatibus quatuor doctorum ecclesie
In quatuor diebus ante festum sancti herculani de mense martii et in tribus sequentibus.
In diebus rogationum de mane usque ad nonam.
Et quod semper propter necessitates hominum scilicet tempore messium sint ferie a medietate mensis iunii usque ad ottavam festi sancte marie mensis augusti.
Et vendemiarum causa a xxv mensis settembris exclusive usque ad xxii mensis ottobris inclusive.
Et quod dilationes et termini causarum pendentium sint et esse intelligantur in dictis causis civilibus in eo statu in quo erant ante initium feriarum. Et si occurrerit quod fiat commissio die non feriata et citatio fiat die feriata tam in civilibus quam in criminalibus causis ipsa citatio valeat ac si facta esset die non feriata. Et si dies termini citationum bapnorum et dilationum tam in causis civilibus quam criminalibus caderet in diem feriatam in sequentem diem non feriatam terminus extendatur.
Possit tamen in diebus feriatis fieri exactio contra conductores debitores tam realis quam personalis et sententia executioni mandari realiter et personaliter ad petitionem creditoris vel eius pro quo lata fuerit sententia vel eius procuratoris non tamen in diebus feriatis in honorem dei. Volumus etiam quod in omnibus et singulis diebus et festivitatibus in quibus sunt ferie in maleficiis preter dies veneris quando non esset feriata ex alio festo nullus artifex audeat vel presumat laborare vel artem facere vel exercere vel fieri facere et qui contrafecerit puniatur in .C. solidis denariorum et inde quilibet valeat esse accusator et habeat medietatem bapni. Et nichilominus potestas et capitaneus vel alii offitiales civitatis perusii inquirere teneantur aliquo capitulo non obstante. Hec autem locum non habeant in macellatoribus spetiariis fornariis et tabernariis et fabris adferradum animalia et aliis vendentibus victualia ad usum hominis dum tamen non debeant dicta victualia tenere cum camera sicut faciunt aliis diebus. Et volumus quod in aliis diebus et temporibus in causis civilibus non sint ferie sed ius reddatur in civitate perusii non obstante quod secus fuisset de consuetudine hactenus observatum. Exactio vero et executio datarum et collectarum olim impositarum et imponendarum et penarum ipsarum et etiam pretiorum fructuum comunantiarum venditarum ac etiam granorum et bladi et civilibus alterius rei debite et debende comuni perusii vel habentis iure a comuni perusii a quocumque quacumque de causa vel ratione et etiam bapnimenta et stabilimenta et venditiones bonorum exbapnitorum vel condempnatorum comunis perusii. Et exactio pretii dictorum bonorum et etiam citationes et precepta et omnes processus et omnia acta et scripture et sententie et pronuntiationes et omnia alia et singula necessaria et utilia in predictis seu circa predicta et predictorum occasione fiat et fieri possit omni tempore diebus feriatis etiam ad honorem dei. Et idem in causa alimentorum et ubi petitur recipi testes ad eternam rei memoriam et in dationibus tutoribus et curatoribus et in omnibus casibus in quibus apparet premissum per formam alicuius statuti et valeant et teneant ac si fierent vel facta fuissent tempore iuridico vel non feriato. Et quod contra predicta eo quod fieret vel facta fuisset tempore feriato nichil possit excipi obici vel opponi. .lxi.

Comitatenses sab. veneris mercurii immunitas

Volumus insuper statuentes pro abundantia habenda pro populo perusino quod semper in diebus mercurii veneris et sabbati nullus comitatensis in comitatu allibratus seu habitans possit nec valeat capi nec aliquod gravamen eis inferri pro aliquo offitio comunis perusii quocumque nomine censeatur in eundo stando et redeundo ad civitatem perusii in dictis diebus vel aliquo eorum .lxii.

pro aliquib; gabellis factionib; et honeribus
cois pus p ipos debitis coi pus ul' hent' Jus
ab ipo coi directe ul' indirecte aliquo qsito
colore. Et omib; offitialib; pdcis sit et esse
Intelligatur i pdcis omib; Juridictio adempta
pena cuil; offit' in pdcis qfacienti V. llr. den.
sibi defacto auferendaz tempore sui sindicatus.
Statuim' etiaz et ordinam' q adrequiez civiu
et ornatuz Civitatis q Indieb; pascalib;. Indie
nativitatis dni nri yhu xpi et Indieb; duobus
seqntib; ipm festuz. Indieb; asuptionis gloriose
virginis marie. Indie corporis xpi. Indie asce
sionis dni nri yhu xpi. Indie Indulgentie q
est apud Eclesiaz sancti donna. Inquolib; die
dominicali. Infesto sancti herculani et die seqnti
Indie sancti Costantij. et Indie sancti laurentij.
et die quo gofalones dant' gofalonerijs. et
Intota ebdomada sancta Nullus civis pusinus
possit n' debeat pli capi n' alr' gravari ul' mo-
lestari paliquo debito cois pus ul' hent' Jus ab
ipo coi paliquez offitialez cois quocuq; noie nuncu-
petur pena dictis offitialib; et cuil; eorum sec' facient'
V. llr. den. eis defacto auferendo tempore eorum sindi-
catus. S; indictis dieb; et quol; eorum possint et debeant
libere gusari pcivitatem pus et eius burgos et
suburgos no obstantib; quibuscuq; debitis pdcis
et no obstante aliquo statuto ul' ordinamento ul' alia
lege civili ul' municipali nec aliquo alio spali ul'
gnali icontrariuz loquente. Et no obstante aliqua
lege municipali facta que certuz tpus daret ifra
quod dictaz gabellaz fieret exactio.

De veneratione dieruz veneris mes' martij et diei Jovis sancti. Rca.

.lxi. Omnes dies veneris mes' martij ad dei oipo-
tentis et yhu xpi crucifixi reverentia et etia
venerabilis dies Jovis sancta custodiatur partifices
et nulle artes ul' laboreria exerceant' etia rustica
ul' urbana. Salvo q pdca no vendicent sibi
locuz i reb; et dereb; comestibilib; et potabilib;
et necessarijs advictaz hoiuz pena. C. s. den. pro
quolib; qfaciente et qualib; vice et quilib; possit
esse accusator. et q depdcis Inquirat' et iquiri
debeat ppotestatez et Capitan' et quelib; aliuz
offitialez forensez cois pus. ut dns nr yhus xps
dignetur salvare et custodire et augumentare
civitatez et comitatuz pus. Et abudantia frumti
vini olei et alior' victualiuz misericorditer elargiri
aliquo no obstante. Et ad hoc ut dies Jovis sca
custodiat' et venerabilius celebret' q quolib; die
martij pcedente ipaz diez Jovis publice bapniat'
q ipa dies solepniter debeat custodiri

Ut dies et ottava sci Stefani denatali cu-
stodiat'. et sint in eis ferie. Rca.

.lxii. Ad evitanduz omez pestez et aqua nociva
que grando coiter appellat' Dicim' et
ordinam' q festivitas et ottava beatissimi pro-
tomartiris sancti Stephani que celebratur post
nativitatez dni nri yhu xpi ab omib; hoib; et
psonis tam maribus q mulierib; decivitate vl' comitatu
pus ul' ibi hitantib; cu omi reverentia custodiat'
ita q ab omib; opib; et laborerijs abstineant
universi. Et potestas et Capitan' et quilib; alius
offitialis forensis cois pus. xv. dieb; an' predictuz
festuz quolib; die sabbati publice bapniri faciat
ne aliquis icidat medictuz iponedo penaz et
bapnuz. C. s. den. cuilib; deliquenti et qfacienti
quaz penaz potestas et Capitan' et alius offitialis
cois pus ul' alter eorum proi pus exige teneatur
acotrafacientib; et quilib; possit accusare et
hat medietatem bapni.

De someggiante ul' traginante iquibusda festivitatib;. Rca.

.lxiii. Nulli psone liceat Innativitate dni nri yhu
xpi n' duob; dieb; seqntib; n' Inepifania
dni n' Inpurificatione n' Inasumptione anuntiatione
ul' nativitate sancte marie ul' indie Jovis sci
ul' indie veneris sancti ul' ipascate resurectionis
dni vl' duob; dieb; seqntib; ul' iascensione dni
ul' ipascate pentecosten vl' ifesto oiuz sanctorum
ul' idieb; dominicalib; ul' aplorum pcivitatez et
burgos pus someggiare ul' traginuz qducere
sive deferre seu deferri facere Salvo q no
Intelligat' depaleis erba et pane Et qui qfecerit
et salmas qduxerit pqualib; bestia et salma puni-
atur in. x. s. den. et pquolib; tragino in. xl. s. den.
possint tn' deferri ligna indie apostolorum non
causa vendendi. et ide quilib; sit accusator et
hat medietatez bapni et pdat salma et traginuz
Et ipm ul' ipas potas et Capitan' ul' alter offit'
cois pus ul' eorum ul' alterius eorum offitiales assignare
teneant' Massarijs cois pus pdco coi Et inde et
potas et Capitan' et eorum offit' et maior sindicus
ex offitio teneant' publice et secrete Inquirere capto
Inquisitionuz ul' aliquo alio no obstante. Dumo
dictuz capitulm no hat locuz i hijs qui deferri facent
tempore estatis bladu ul' erbaz ul' paleas pbestijs
et tempore vendemie vinuz sive mustuz.

De vendente vinuz i die veneris sancti vel i nocte ipius precedente. Rca.

.lxiiii. In die veneris sancti ul' nocte ipius diei antecedete
nulli psone liceat vender' vinuz ul' aliquaz
aperire tabernaz cau' dictuz vinuz vendendi sb' pen. x.
llr. den. que pena sibi defacto auferat'. Et qz
i tali nocte aliqui Juvenes aliqn' plasmias faciut
aliqua que no st' honesta. Statuim' q siquis
in tali nocte bancas artificuz civitatis pus existe-
tes adfundicos et cameras ipor' i platea cois pus
ul' alibi i civitate ul' burgis ul' hostia ipaz came-
rarum ul' tendas ul' trasandas ipor' fundicorum
et ipaz cameraz destruxerit ul' removerit
totalr' ul' pticulariter ul' scalas aliquas lapideas
ul' lapides ul' res alias destruxerit ul' removerit
ul' trabes et ligna existentes i vijs ul' locis aliquib;
removerit delocis suis ul' siqd aliud simile fecerit
qdapnet' defacto sine aliquo pcessu pdnz pote-
statez ul' dnz Capitan' ul' paliuz offit' cois pus
in. x. llr. den. que pena statim abeo exigatur.
Et etiam pdca locuz hant si talia comissa fuerit
i nocte solepnitatis nativitatis dni nri yhu xpi
et alio quocuq; tpre. Et dni potas et Capitaneus
vl' alter offit' forens' cois pus dictis teporib; debeat
mictere familias eorum ad Inveniendu qfacientes.

siqui reperiuntur. Et quilibet de predictis esse valeat accusator et habere debeat a massariis comunis pisis medietatem dicte pene sine precepto dominorum potestatis.

Et ubi de maleficiis pena non est determinata procedatur de similibus ad similia. Rubrica.

.lxv. Deinceps pena et pene maleficiorum et malefactorum que de cetero committerentur de quibus pena et pene non reperiretur determinate per formam statutorum civitatis pisis per dominum potestatem et dominum capitaneum vel alium officialem comunis pisis et eorum iudices imponantur et infligantur seu inferatur et procedi possit et debeat de similibus ad similia. Et ubi per simile non habetur procedatur et pena auferatur secundum illud quod reperitur magis simile et magis similari et colerere vel apropinquare de qua similitudine et de predictis in quolibet casu stari debeat discretioni et providentie potestatis et capitanei vel alterius officialis ut supra cognitionem habentis et eorum cuilibet iudicis de tali maleficio cognoscentis. Et ubi certa et determinata pena reperiretur per formam statutorum civitatis pisis quod ipsam penam teneantur imponere et in ea condempnare et non penam legalem legales quoquo modo. Et quod dictum est de pena non determinata locum habeat in casibus non determinatis per formam dictorum statutorum et per omnia idem fiat etiam in eisdem casibus non determinatis ut supra quod in penis predictis non determinatis.

Qualiter contumax pro maleficio condempnetur in quanto pluri. Rubrica.

.lxvi. Registrata. Ut detur omnibus materia et occasio comparendi et se prout poterit defendendi et ut contumaces de sua contumacia premium non reportent presenti capitulo ordinamus. Et si aliquis fuerit de aliquo maleficio accusatus vel contra eum fuerit per inquisitionem processum et fuerit solepniter citatus et expectatus secundum formam statutorum pisani populi(?) pusillum(?) quod veniat et compareat coram curia sive iudice ad se excusandum et defendendum ab hiis de quibus fuerit accusatus vel de quibus contra eum inquisitio fiet et non veniet sed potius spreta citatione sive citationibus et terminis sibi datis et mandatis per potestatem vel Capitaneum vel alios officiales comunis pisis vel eorum vel alterius eorum iudices vel officiales comunis pisis vel alterius officialis comunis pisis de predictis cognitionem habentem contumax fuerit ultra penam imponendam pro maleficio de quo fuerit accusatus vel de quo fuerit contra eum per inquisitionem processum condempnetur pro contemptu iudicis et sua contumacia et inobedientia in quanta parte quantitatis in qua condempnari debet pro maleficio cuius occasione citatus extiterit comuni pisis persolvenda.

Et Capitaneus vel aliquis ex suis iudicibus intersit cum fiet condempnatio per potestatem et econverso. Rubrica.

.lxvii. Cum fient et examinabuntur processus maleficiorum per potestatem vel eius iudices iudex domini capitanei cum eis intersit si de potestatis processerit voluntate ad examinandum processus ipsorum maleficiorum. et cum examinabuntur processus criminales facti per dominum Capitaneum iudex domini potestatis debeat interesse si de domini Capitanei processerit voluntate. Et nullus de civitate pisis vel aliunde cum eis debeat interesse nec consulere super ipsis. Et ipse potestas et suus iudex condempnationes et absolutiones maleficiorum et dampnorum datorum compleri facere teneantur intra terminum in statuto contentum. que condempnationes et absolutiones fieri seu ferri debeant in maiori consilio Civitatis pisis. Et tempore quo potestas ferret sententiam adesse debeat unus ex iudicibus domini Capitanei presens. Et econverso quando dominus Capitaneus ferret sententias maleficiorum absolutorias vel condempnatorias adesse debeat unus ex iudicibus domini Capitanei potestatis et saltim duo ex dominis prioribus artium. Et etiam tempore quo ferentur sententie per maiorem sindicum et iudicem iustitie adesse debeat unus ex iudicibus domini Capitanei et duo saltim ex dominis prioribus. Et quod in casibus supradictis domini priores teneantur et debeant interesse dictis sententiis sub pena .C. librarum denariorum in qua pena incidant domini priores pro quolibet eorum si non accesserint vel saltem duos ex eis miserint ita quod dictis sententiis intersint. Et si dicti domini priores diversis horis requisiti a dictis officialibus vel altero eorum vel ex ipsorum vel alterius eorum parte ad dictas sententias audiendas noluerint interesse nichilominus dicte sententie ferri possint eorum absentia non obstante de qua tamen requisitione apparere debeant publica instrumenta. Et dicti domini priores in dictam penam incidant pro quolibet eorum. Et si dicta requisitio non posset fieri personaliter dictis dominis prioribus eo quod non posset haberi ad eos tunc protestatio facta ad ianuam palatii dictorum dominorum priorum ex parte dictorum officialium vel alterius eorum quod dicti domini priores debeant interesse dictis sententiis ferendis habeatur pro plena requisitione dummodo fiat bis dicta protestatio diversis horis sicut dictum est de requisitione. Et potestas et maior sindicus et iudex iustitie et quilibet eorum dari faciant a suo notario copiam omnium dictarum sententiarum notario dominorum priorum Artium. Et de predictis sententiis fieri faciant duas copias una quarum remaneat penes eos restituenda in fine eorum offitii offitialibus Armarii comunis pisis. Et alia detur dicto notario dominorum priorum que remaneat penes ipsum notarium tempore quo sententie feruntur in palatio potestatis vel in palatio olim Capitanei civitatis pisis. Et dictus notarius dominorum priorum debeat dictas copias cum notario legente dictas sententias in dicto consilio ascultare. Et si potestas et Capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie non fecerint .L. librarum denariorum comuni pisis pro vice qualibet contrafaciens solvere teneatur. Et quod dictum est de potestate quod examinet causas maleficiorum per se et examinet et nullus debeat consulere super ipsis. Idem intelligatur in Capitaneo et maiori sindico et iudice iustitie. .lxviii.

Quot libros potestas et Capitaneus fieri faciant de condempnationibus. et quando sententias ferre possint per vicarios. Rubrica. 70

De sententiis maleficiorum potestas et Capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie comunis pisis duos libros vel copias fieri facere teneantur in cartis membranis quorum unum habeant scilicet potestas et Capitaneus et quilibet alius ex dictis offitialibus de suis sententiis et alterum habeant priores Artium vel eorum notarius quem .lxviiii.

librum siue copiam dare et assignare teneantur
offitialibus armarij comunis pisani infine eorum offitij
Et aliam fiet solutio ipsarum condepnationum scribatur
ipsa solutio in ipsis libris et condepnatio cancelletur
pnotarium offitialium Armarij comunis pisani ¶ Iubentes
insuper statuentes quod potestas et Capitaneus maior sin-
dicus et Iudex Iustitie possit liquidum erit eis seu
alteri eorum demalefitijs dequibus procedit coram eis seu
alio eorum ante platione condepnationum teneatur compellere
condepnatum uel suos fideiussores deponere pecuniam
uel pignera penes massarios comunis pisani ualentia
eamdem summam seu quantitatem inqua quis debet condepnari
¶ Et eo casu quo condepnatum habet in carceribus comunis
pisani adaliud depositum compellere non teneatur nisi etiam
compelli possint fideiussores adfaciendum depositum ipso
condepnando existente in carceribus uel ipsis fideiusso-
ribus detentis in dictis carceribus dequo deposito semper
tempore quo sententie legentur debeat facere fidem
per apodixas notarij massariorum notario dominorum priorum
ita quod nulla fraus comicti possit ¶ Et aliam itidem
contingat quod contingere possit quod potestas uel Capitaneus
Ciuitatis pisani uel maior sindicus et Iudex Iustitie
Infirmatur egritudine corporali adeo quod non possit
comode descendere adsedendum adbancum et pluries
adsententias pferendas secundum quod tenetur exforma statuti
uel est absens exnecessaria causa uel probabili et neces-
saria et obhoc eis possint termini statutorum et in
penas incidere sine culpa eorum ¶ Statuimus et
ordinamus quod si predicti dominus potestas et Capitaneus et
maior sindicus et Iudex Iustitie presentes et futuri uel
alter eorum essent infirmi et tali infirmitate
grauati quod comode adpredictas sententias pferendas
per se ipsos interesse non possint adbancum solitum ubi
sententie malefitiorum ut supra proferuntur uel absentes
exnecessaria causa uel probabili et necessaria eo casu
liceat dicto domino Capitaneo et potestati maiori sindico et Iudici
Iustitie sic infirmo uel absenti dare et pferre sententias
criminales perunum Vicarium Et tales sententie per
Iudicem ualeant et sint ac si perpsum rectorem late forent
Et intelligatur Vicarius eo ipso quod in ipsis sententijs dicetur
formam pvicarium talis rectoris latam esse Dummodo non
actestetur in scriptura platione sententie uel in sua
subscriptione talem rectorem esse infirmum uel absentem
ut dictum est Ita quod adbancum comode uenire non potuit
adipsas sententias ferendas non obstante aliquo incontrarium
loquente que omnia supradicta obseruentur per potestatem capitaneum
et maiorem sindicum pena .C. librarum denariorum eis auferenda
pqualibet vice et quolibet contrafaciente.

Quod potestas et Capitaneus non sint Iudices iniu-
riarum sibi uel sue familie illatarum. Rubrica. 71

.lxviiij. Cum non sit conueniens nisi iustum quod quis sit Iudex
iniurie sibi facte. Statuimus quod si aliqua
offensa uel iniuria fieret paliquem contra potestatem
uel aliquem desuis Iudicibus militibus et notarijs uel alijs suis
offitialibus uel familiaribus Idem potestas uel aliquis desuis
Iudicibus uel offitialibus illum dicta occasione non ualeat
nec debeat punire nisi grauare Sed Capitaneus debeat
illum punire demalefitio quod commisit secundum formam statuti
et ordinum comunis et populi pisani ¶ Et si fierent contra
Capitaneum uel aliquem exsuis Iudicibus uel offitialibus
vel familiaribus Capitaneus non debeat illum occasione
predicta punire nec grauare Sed potestas debeat illum
sic delinquentem contra Capitaneum uel aliquem suorum offit.
uel familiarium punire demalefitio et iniuria quod
uel quam commisit secundum formam statutorum et si contra
potestas non ualeat ullo modo et nichilominus potestas et
Capitaneus proinde qualibet et quolibet contrafaciente in C. li-
bris denariorum comuni pisani debeat condepnari ¶ Et si potestas vel
aliquis desuis offit. uel familiaribus occideret vel
pateretur aliquem pisanum ultra propter uel contra formam
eius concessam pstatutum Capitaneus teneatur incontinenti ad
petitionem offensi uel consanguineorum procedere contra offen-
sorem et eum punire secundum formam statutorum Et si
Capitaneus uel aliquis desuis iudicibus et offitialibus uel fam-
iliaribus occideret uel pateretur aliquem pisanum ultra
propter uel contra formam eis concessam supra pstatutum
potestas teneatur adpetitionem offensi uel suorum con-
sanguineorum incontinenti procedere contra offensorem et eum
punire secundum formam statutorum ¶ Et nichilominus si non
condepnauerit offensorem predictum sindicatores eorum possint
detali malefitio cognoscere et contra culpabilem procedere
et eum punire secundum formam statutorum non obstante
lapsu termini adaccusandum pleges municipales
datum ¶ Volumus etiam quod de iniuria uel offensa
facta maiori sindico et Iudici Iustitie comunis pisani
uel eius Iudicibus uel alicui exsuis notarijs uel suis offit.
uel suis familiaribus et de iniuria uel offensa facta
cuilibet alij offitiali comunis pisani teneatur et debeat tantum
cognoscere et adpunitionem procedere potestas et Capitaneus
dicti comunis pisani qui potestas et Capitaneus teneantur et
debeant etiam cognoscere et de iniuria uel offensa
facta pmaiorem sindicum uel eius Iudicem uel paliquem
exsuis offit. uel familiaribus uel palium offit. dicti comunis
contra formam statuti ¶ Et si contingerit dictum potestatem et
Capitaneum detali iniuria uel offensa cognoscere non
cognoscere possint sindicatores dicti maioris sindici
et suorum offit. et familie tempore sindicatus cognoscere
et adcondepnationem procedere contra repertum culpabilem
dependis secundum formam statutorum Ubi tamen non esset alius
offit. et dominis prioribus uideretur et placeret idem
offitialis melius offensus per suam iniuriam uel offensam uel
alter desua familia cognoscere possit et punire ¶ Et quia
non est decens neque iustum quod aliquis tante audacie vel
temeritatis sit quod potestati et Capitaneo uel maiori sindico
et Iudici Iustitie comunis pisani uel alicui offitiali dicti comunis
inpalatio uel ante portam palatij sue habitationis in-
iuriet Verbis inniuratorijs uel iniuriosis uel obro-
briosis ¶ Statuimus et ordinamus quod quicumque deinceps
dixerit uerba inniuratoria uel iniuriosa uel obrobriosa
potestati uel Capitaneo uel maiori sindico uel alij offitiali
comunis pisani possit et debeat talis potestas et capitaneus
et maior sindicus et Iudex Iustitie uel alius offit. dicti comunis
cui predicta iniuria fuit dicta uel illata in loco supradicto
auferre sine alio precepto uel forma et omni iuris ordine
obmisso usque inquantitate C. librarum denariorum pene nomine pro comuni
pisani Et nichilominus possit eum mictere adconfinia
proprie quo uoluerit non excedendo tempus unius mensis
dummodo non mictat eum alio quam adloca comitatus pisani
seu adaliquam dictis comitatus pisani

Qualiter fiat executio sine condepnationis late contra
filios familias delinquentes et de legitima debita
parentum filijs assignanda. Rubrica. 72

Si filius familias uel filia familias uel alius descendens .lxx.

in potestate constitutus ~~fuit pecunialiter condempnatus~~ commisit
maleficium aliquod ex quo dictus filius vel filia vel alius
descendens in potestate constitutus fuit pecunialiter condep-
natus vel condepnata et filius vel filia vel alius descen-
dens in potestate constitutus habet bona castrensia quasi
castrensia vel aventitia eo casu possit et debeat fieri
executio condepnationis in talibus bonis filii vel filie vel
alterius descendentis in potestate constituti per offitiales communis
perusii exactores eorum que deberentur communi. Et eo casu pater
vel avus paternus vel alius ascendens in cuius potestate
esset filius vel filia vel alius descendens delinquens cogatur
per potestatem et Capitaneum vel alium offitialem qui ~~condepnavit~~
iure usufructus siquod habet in talibus bonis. ¶ Et hoc
habeat locum etiam in filia familias vel alia descendente in potestate
constituta quo ad dicta bona que non essent data in dotem.
¶ Si vero filius vel alius descendens in potestate constitutus
vel filia vel alia descendens in potestate constituta non
nupta delinquens condepnatus vel condepnata non habet talia
bona eo casu debeatur tali filio vel filie vel alii descendenti
constituto vel constitute in potestate de bonis patris vel avi
paterni vel alterius ascendentis in cuius est potestate tantum
quod sufficiat ad medietatem legitime portionis que tali deli-
quenti supervivienti post mortem ascendentis in cuius est
potestate deberetur iure nature si talis ascendens
in cuius est potestate decessisset tunc temporis quo talis in potestate
constitutus deliquit. Et per executione talis summe condepna-
tionis teneantur et debeant dicti offitiales communis perusii
qui sunt exactores facere divisionem cum tali patre vel
avo vel alio ascendente delinquentis et accipere de
bonis talis patris vel avi vel alterius ascendentis ad
dictam dimidiam legitime portionis predicte et ipsa bona
que acceperint vendere teneantur pro communi perusii. Et idem
quod supra dictum est de descendentibus in potestate constitutis in-
telligatur et locum habeat in descendentibus emancipatis
eatenus quatenus dicto descendenti emancipato per
ascendentem legitima non foret assignata in principium
emancipationis vel alter. ¶ Si vero pater familias commi-
serit homicidium vel aliud maleficium propter quod bona
sua deberent publicari vel deberet aliqua pecuniaria
pena solvi ne filii propter delictum patris mendicare
cogantur et ex toto bonis paternis priventur quod non obstante
sententia vel statuto aliquo precedente vel sequente quod sequ-
eretur de publicatione omnium bonorum vel de venditione
bonorum condepnatorum pro maleficio fienda. Si ~~pater~~ talis
pater familias filios vel filias non nuptas et non
dotatas aut descendentes ab eis habuit dimidia bonorum
talis delinquentis sit et esse debeat filiorum et descendentium
que dimidia sit et esse intelligatur filiorum et descendentium
quo ad plenum dominium et possessionem ipso iure auctoritate
presentis legis Ita quod dicta dimidia non possit defraudari
et ante destructionem et devastationem dicta dimidia per
dictos offitiales assignetur filiis descendentibus delinquentis
uni vel pluribus et eam habeant pleno iure. Et alia dimidia
recipiatur destruenda et vendenda pro communi secundum formam
statuti predicti offitiales. Et predicta locum habeant tam in filiis
et descendentibus in potestate constitutis quam etiam in eman-
cipatis dummodo tamen dictis emancipatis computari debeat in dicta
dimidia illud quod predictus ascendens eis in principium
emancipationis dedisset vel alter consignasset. Et si
dictus pater delinquens non habeat filios legitimos et naturales
vel alios descendentes ex eis sed naturales tantum vel spurios
eo casu ~~de bonis talis~~ de bonis talis delinquentis habeant
dicti filii naturales vel spurii auctoritate huius legis

sextam partem et eis assignetur modo predicto dicta
sexta pars aliqua lege communi vel municipali non
obstante pro eorum alimentis. Quod nulli perusino liceat
aliquem punire occaxione alicuius maleficii
Rubrica.

Non enim perusino liceat aliquem in civitate .lxxi.
et comitatu perusii punire occaxione alicuius
maleficii vel delicti vel quasi maleficii vel quasi registrata in
delicti nec aliquam cognitionem sanguinis habere nec La 7 de ...
occaxione predicta aliquem capere vel capi facere
et quicumque contrafecerit vel facere vel actemptare pre-
sumpserit .Vc. libr. den. nomine pene solvere teneatur et plus
si videbitur potestati vel Capitaneo vel prioribus artium
perusinis. Et hoc non intelligatur in habentibus autoritatem
et licentiam a communi perusii nec in vicariis universitatum
castrorum et villarum qui possint cognoscere de dapnis
datis usque in .xx. s. den. inclusive et de armis et
contra deferentes arma et de ludo et contra ludentes
et ludum tenentes et contra vendentes vinum contra
formam ordinamentorum ipsorum et condepnare et penam
recipere usque in quantitatem .xx. s. den. Et super predictis
ordinamenta et constitutiones facere inter se ipsos
observandas ¶ Et de causis civilibus cognoscere
possint et diffinire usque in quantitatem .V. libr. den.
inter se ipsos comitatenses nisi sint castra que
reguntur per potestates missos et mictendos per commune
perusii quo casu quilibet potestas alicuius dictorum castrorum
possit de causis civilibus cognoscere et sententiam ferre usque
in quantitatem .X. libr. den. inclusive inter se ipsos comita-
tenses ¶ Et quia sepe contingit quod universitates
castrorum et villarum comitatus perusii faciunt statuta
inter eos per que gravamen et preiuditium infertur
Civibus perusinis habentibus possessiones in districtibus et
pertinentiis dictorum castrorum et villarum. Ideo statuimus
quod tales universitates nichil possint statuere nec
ordinare in preiuditium seu gravamen directe nec
indirecte nec per obliquum talium civium nec eos cogere
directe nec per indirectum ad subeundum aliqua honera
realia nec personalia quocumque nomine censeantur nec etiam
statuere quod homines dictarum universitatum non possint vendere
seu quolibet titulo inter vivos vel in ultima voluntate
alienare dictis civibus domos eorum existentes in dictis
castris territoriis vel pertinentiis vel quod laboratores et
dictorum civium non receptentur in dictis castris seu villis
Et si contrafecerit tunc puniantur dicte universitates .lxxiii.
pena .CC. libr. den. applicanda communi perusii. Et super
predictis possit et debeat inquiri contra tales statuentes
per omnes offitiales communis perusii cum promotore et sine
promotore ad denuntiationem cuiuscumque persone. Et quod huiusmodi
offitiales sub dicta pena debeant inquirere contra dictas uni-
versitates sic statuentes ¶ Et insuper cassamus et
irritamus omnia statuta et ordinamenta hactenus facta
per dictas universitates que in contrarium quovis modo vel
sub quacumque forma verborum facta essent vel in futurum
fierent ita quod ipso iure sint nulla autoritate huius
statuti. Et quod nullus notarius civitatis vel comitatus perusii
vel forensis possit talia statuta que fierent a dictis universitatibus
scribere nec de eis permictant quovis modo se rogari
sub pena .Vc. libr. den. applicanda communi perusii.

Qualiter forensis forensem offendens puniatur ut civis offendens civem. Rubrica. 73

lxxij Ut sciatur que pena sit imponenda quando forensis offenderet forensem in civitate comitatu vel districtu Pisarum. Statuimus quod si aliquis forensis offenderet aliquem forensem in civitate comitatu vel districtu Pisarum puniatur et condempnetur ea pena qua condempnaretur et puniretur pisanus offendens alium pisanum secundum formam statutorum aliquo capitulo non obstante.

Distinctio platee et stratarum regalium. Rubrica.

lxxiij Ad tollendum ambiguitatem stratarum regalium et platee. Dicimus et ordinamus quod strata regalis intelligatur. A porta sancti Petri a porta que est prope ecclesiam sancti Petri usque ad plateam comunis Pisarum veniendo per portam civitatis que vocatur porta sancti Petri. A porta Eburni intelligatur strata regalis a porta sancti Prosperi usque ad plateam comunis Pisarum veniendo per portam Eburni. A porta sancte Susanne intelligatur strata regalis a porta sancti Andree usque ad plateam comunis Pisarum. A porta sancti Angeli intelligatur strata regalis a porta que est ubi dicitur cruces sancti Angeli usque ad plateam comunis Pisarum. A porta Solis intelligatur strata regalis a ponte novo usque ad plateam dicti comunis veniendo per portam sancti Simonis a porta civitatis que vocatur porta Solis seu porta filiorum Raneri. Platea vero comunis Pisarum intelligatur et sit a domibus olim magistri Tebaldi et palatio novo incepto edificari in capite platee post ecclesiam sancti Laurentii usque ad ecclesiam sancti Ysideri et ad domum olim domini Ubreditii domini Petri et fratrum et domum olim Petri Guglielmi et domum olim Biancoli Andrutii et domum olim domini Nicole domini Pauli veniendo per plateam ante ecclesiam sancti Laurentii.

De eximente seu auferente aliquem captum a beroariis vel familiaribus potestatis capitanei et aliorum offitialium comunis Pisarum. Rubrica.

lxxiiij Siquis per vim abstulerit seu exemerit vel auferri seu eximi fecerit offitialibus vel familie et familie potestatis vel Capitanei vel alicuius alterius offitialis comunis Pisarum aliquam personam que capta duceretur vel detineretur ab ipsis offitialibus famulis et familia causa alicuius maleficii commissi per ipsam personam puniatur ea pena pecuniaria qua pati debebat talis captus occasione qua captus erat. Si autem debebat talis captus puniri pena vel ad mortem vel ad membri perditionem seu amputationem vel alia pena personali puniatur in V. libris denariorum. Salvo quod si iam esset condempnatus ille qui eximeretur a familia puniatur quilibet eximens ea pena qua debebat puniri exemptus. Et isto casu quo eximeretur de manibus familie aliquis qui esset condempnatus vel condempnandus ad mortem vel aliam penam corporalem et etiam eo casu quo aliquis impediret aliquam executionem alicuius pene corporalis. Si quis condempnatus duceretur a familia ad patiendum vel recipiendum ipsam penam corporalem et causa executionis ipsius pene posset quicumque talis eximens auferens vel impediens vel eximi vel auferri vel impediri faciens puniri eo tempore offendi a familia ducente et tenente talem condempnatum vel condempnandum pena corporali. Et si abstulerit seu exemerit vel auferri fecerit seu eximi baiulis comunis Pisarum vel alicui eorum seu de manibus eorum aliquem quem cepit seu ceperint mandato potestatis vel Capitanei vel alterius offitialis comunis Pisarum vel alicuius iudicis vel notarii puniatur in C. libris denariorum. Si vero universitas alicuius castri seu exemerit vel capi seu eximi fecerit de manibus familie potestatis vel Capitanei vel alicuius alterius offitialis comunis Pisarum puniatur in viij libris denariorum si talis captus personaliter puniri debebat. Et si pecuniariter in V. libris denariorum condempnetur et puniatur. Et in dictis casibus singulares persone dicte universitatis minime puniantur. Si vero baiulis seu baiulo comunis Pisarum si fuerit talis captus in persona puniendus in V. libris denariorum. Si non pecuniariter in CC libris denariorum. Si non universitas alicuius ville cepit seu exemerit vel capi vel eximi fecerit de manibus familie potestatis vel Capitanei vel alicuius offitialis comunis Pisarum vel baiulis seu baiulo comunis Pisarum puniatur in medietate dicte pene qua puniri deberet universitas castri ut supra proxime dictum est. Et in dictis casibus singulares persone dicte universitatis minime puniantur. Et in omnibus supradictis casibus in hoc capitulo contentis eadem pena locum habeat contra eximentem vel capientem vel eximi seu capi facientem de manibus familie seu baiulorum similiter que est contra eximentes vel capientes vel eximi vel capi facientes de manibus familie tantum sive sit universitas sive singularis persona. Sed si captus vel exemptus esset debitor alicuius private persone talis capiens vel eximens seu capi vel eximi faciens et capientes vel eximentes seu capi vel eximi facientes de manibus familie seu baiulorum similiter de facto cogatur seu cogantur per potestatem vel capitaneum ad solvendum dictum debitum creditori ad cuius petitionem captus erat sine aliquo processu vel forma solum viso instrumento crediti et facta probatione quod dictus debitor captus vel exemptus fuerit ut dictum est. Et nichilominus tales capientes vel eximentes vel eximens seu capiens vel capi vel eximi faciens comuni Pisarum condempnetur in L. libris denariorum pro quolibet faciente dummodo dictus creditor tempore quo recepit solutionem teneatur cedere iura que habet contra dictum debitorem dictis solventibus seu dicto solventi. Et si aliquis abstulerit vel exemerit seu auferri vel eximi fecerit de manibus familie vel baiulorum vel de manibus familie et baiulorum similiter aliquem debitorem comunis Pisarum in aliqua quantitate dictus auferens vel eximens seu auferri vel eximi faciens cogatur et cogi debeat de facto sine aliquo processu vel forma solvere omnem quantitatem quam solvere deberet talis debitor captus et exemptus que solutio fiat et fieri debeat illi seu illis offitiali seu offitialibus comunis Pisarum vel camerario cui vel quibus talis captus et exemptus solvere debebat et dicto solventi vel solventibus tempore solutionis debeat cedi per sindicum comunis Pisarum omne ius quod comune predictum habebat contra ipsum debitorem captum vel exemptum. Et nichilominus talis auferens vel eximens vel capientes seu eximentes puniantur pro quolibet eorum in L. libris denariorum comuni Pisarum. Si vero aliquis ex quacumque alia causa duceretur per familiam potestatis vel Capitanei vel cuiuscumque alterius offitialis dicti comunis et eadem captus vel captus seu exemptus fuerit per aliquem vel aliquos puniatur quilibet.

readapiens ul' capiens seu eximens defacto sine
aliqua cōdēpnatiōe ul' pcessu m. l. lli. den. ipsa uma
nuata sine aliqua exceptiōe apodixar. ¶ Et si
aliquis accepit custodib; noctis ꝯt suam uoluntatē
post trium sonum campane aliquem quē cepit puniatur
in xxv. lli. den. ¶ Si uero aliquis acceperit
ul' abstulerit aliquem qui ducerent i manib; pote
statis ul' Capitan ul' alicui alti offitialis cois
pus alicui custodi cruste ul' alij psone que ducet
ipm in fortiam cois pus puniatur in centu lli. den.
coi pus psoluendo. ¶ Et quicumq; fuerit requisit
p aliquem exfamiliarib; potatis ul' Capitan vel
alteri offitialis cois pus ad pdicta ul' aliquod
pdcor et nō psti[n]terit sm suum posse auxilium
puniatur et puniri possit p potestatem ul' Capit
ul' eor offitiales in xxv. lli. den. si fuit singlis
psona. Si fuerit sindic alicui castri ul' ville
m. C. lli. denarior.

De faciente cadere Caputeu aliciu et quibusdam alijs malefitijs Rca. 74

lxxv. Quicumq; alicui iniuriose fecerit cadere decapite
ul' iniuriose acceperit alicui decapite caputeu
ul' guglelmettum ul' birretum ul' galerum seu
capellam ul' infulam puniatur pvice qualibet in
x. lli. den. ¶ Et quicumq; fecerit alicui cadere
dente de ore puniatur pquolibet dente i. C. lli. den.
¶ Et quicumq; clauserit oculos alicui cum manu uel
alia re et quocumq; modo iniuriose puniatur pro
qualibet vice m. l. lli. den. ¶ Ille autem q iniu
riose expuerit i faciem alicui puniatur pqualibet
vice in C. lli. den. ¶ Et quicumq; iniuriose ce
perit alium pnasum ul' barbam ul' pilos barbe et
sanguis exiuerit ex captiōe soluat pvice qualibet in
C. lli. den. Et si sanguis nō exiuerit excaptione
m. l. lli. den. pvice qualibet soluere teneatur et cōpellatur.

no. de faciente cadere alicui dentem.

De faciente cadere alicui mulieri vettam vel aliud de Capite de C. Rca. 75

lxxvi. Quoniam est i honestum uerecundia facere mulieribus
Statuim q quicumq; masculus fecerit alicui
mulierem bone cōdictionis et fame iniuriose cadere decapite
ul' acceperit vettam ul' drappellum ul' velectum ul' pannum
quem i capite deportaret puniatur pvice qualibet in
xxv. lli. den. et si mulier m. C. s. den. dū mō
pdcta nō intelligatur i familiarib; simul habitantib;
dum interst pdicta fierent.

De dilaniante alicui pannos. Rca. 76

lxxvii. Siquis dilaniauerit ul' dilaceraverit alicui pannos
caputeum infulam ul' vettam i platea cois pus
ul' i aliquo alior locor i quib; est phoiadio pena
capitis puniatur in l. lli. den. ¶ Si uō fuerit
i aliqua qrcs stratarum regalium ul' i aliquo aliorum
locor m. C. capituli qd incipit ut malefitia nō
remaneant remaneat i punita rc. qui. C. incipit
Si aut pcusserit i aliqua ectia. puniatur i xv. lli. d.
Si uō fuit in alijs locis ciuitatem ul' burgos ul'
comitatum pus m. x. lli. den.

De Capiente aliquem p capillos vel dante interram. Rca. 77

lxxviii. Siquis acceperit aliquem pcapillos iniuriose p
qualibet captiōe puniatur et cōdēpnetur i xxv. lli. d.
¶ Si autem fuit inplatea cois pus ul' i aliqua via
exeunte ad dictam plateam ꝯt ipsam plateam p xx pax
ul' in aliquo alior locor i qb; in pomit phoiadio

pena capitis sm forma statutor puniatur pvice qualibet
et qualibet captione m. C. lli. den. ¶ Et si aliquis
aliquem interram cadere fecerit ul' prostrauerit ul'
pterram traxerit ul' tinginauerit i aliquo pdcor
locor s. i platea ul' i aliqua via exeunte ad dictam pla
team ꝯt ipsam plateam p xx. passus ul' i alijs alior
locor i quib; i pomit pena capitis p homicidio ut
dictum est sm forma statuti. puniatur pqualibet pstratiōe
ꝯdictam ul' ptractione et tracginatione m. C. lli. den.
¶ Si aut fuerit i aliqua decqrcs stratis regalib; ul'
in aliquo alior locor ꝯtentor i. C. capli qd incip
ut malefitia nō remaneant i punita. qui. C. incipit. si
autem pcusserit i aliqua ectia et c. si cepit aliquem per
capillos puniatur pqualibet captione m. l. lli. den. ¶ Si
autem aliquem prostrauerit interram ul' pterram tra
ginauerit i aliquo pdcor locor puniatur m. l. lli. d.
¶ In alijs uō locis quibuscumq; puniatur pqualibet prostra
tione et pqualibet tractginatione i xxv. lli. den. ¶ Si
uō aliquis aliquem cepit p pannos ul' capite pannorum
puniatur pqualibet vice i. xx. lli. den. ¶ Si uero
spinxerit ul' spatactauerit aliquem i. x. lli. den.
puniatur. ¶ Et in dictis casib; sup pxime i psido
si nō spinxerit ul' spactauerit pene sup specificate
nō valeant agumentari rōe loci ul' tpis. Saluo
nisi esset i platea quo casu duplicetur pena.

De faciente aliquem cadere in terram Rca. 78

lxxviii. Statuim et ordinam q quicumq; fecit iniuriose
cadere aliquem i terram ul' i aliquem alium locum ul'
dederit spatactam ul' spintam alicui et ex casu ul' spinta
ul' spatacta caput ul' facies ul' frons eius pcussa
fuit ul' alapide ul' amuro ul' ab aliqua alia re
ita q sanguis exiuerit decapite ul' facie vel
frōte ipi puniatur pvice qualibet si sanguis exi
uerit m. C. lli. den. et si sanguis nō exiuerit
m. l. lli. den. Et si ex dicta pcussione signum uel
cicatrix euidens esset p remasura i facie ipi
ul' macula. puniatur pvice qualibet i. CC. lli. den.
Si autem ex casu ul' spatacta ul' spinta fuerit
pcussa alia ps corporis ul' psone et sanguis exi
uerit m. l. lli. den. Si aut sanguis nō exiuerit
m. xxv. lli. den. Et eo casu quo fieret concordia
depdcis nulla pena i ponatur. Et si pdca ul' aliqd
pdcor fierent i platea pene supdicte duplicentur
et p cōcordiam nichil remictatur.

De faciente turpitudinem i psona alicui. Rca. 79

lxxx. Nos alios iniuriantes et offendentes iniu
rijs nolentes transire impunes. Ordinam
q quicumq; iniuriose miserit seu posuerit stercus
ul' aliam turpitudinem seu aliqd fetidum i hore seu
ore alicui aut proiecerit ul' posuerit stercus ul'
aliam turpitudinem ul' aliqd fetidum i faciem alic
ita q sibi faciem polluerit et defpauerit soluat
pene noie coi pus pvice qualibet CC. lli. den. Et si
proiecerit ul' posuerit i aliqua parte corporis ul'
psone ul' i pannis et i dumentis seu i pannos et in
dumenta que et quos portauerit i dorso ita q faciat
ei deturpatione ul' polutione i aliqua parte psone
siue corporis ul' i panis et i dumentis soluat pene
noie pvice qualibet C. lli. den. Et si proiecerit et nō
fecerit deturpatione et polutionem i aliqua parte cor
poris. s. ul' vestimentis seu panis puniatur pvice

Right margin: lxxxi. — lxxxii. — lxxxiii.

qualibet pene noie in .. lltr. den. ¶ Et quicumq3 proiecerit aliquid aliud liquidu3 iniuriose in faciem alicui9 puniatur pena. Centu3. lltr. den. et si in alia parte corporis ul' in pannis in. l. lltr. den. Saluo q si fuerit aqua ul' vinu3 puniatur in xxv. lltr. den. et maior pena in pom no possit ratione alicui9 qualitatis loci ul' temporis.

De facente sibi met iniuriam. Rca. 80

lxxxi. Siquis in tantam puenit malignitatis et furoris audatiam q semet ipm percusserit ul' morsicauerit ul' momorderit in aliqua parte corporis ul' fecerit sibi sanguine3 exire de aliquo ex membris ul' in alia parte corporis ul' dilaniauerit sibi faciem et uultu uel pannos et indumenta ipi9 ul' aliqua aliam iniuriam sibi met fecerit ex preposito ul' fecerit in fraudem adhuc ut aliu3 innocente3 infamet condempnetur per potestatem ul' Capitan ul' paliu3 offit cois pus cognitione3 habente3 illa pena qua condempnari deberet si in psonam alteri9 illud maleficiu3 conmisisset.

De Adulterijs et pmo de vxore alicui9 cu aliq. Rca. 81

lxxxii. Si vxor alicui9 cu3 aliquo conmiserit adulteriu3 ul' fornicatione3 voluntarie et maritus eam accusauerit cora dno potate ul' Capitan ul' alt9 eo3 Judice maleficio3 et probauerit plene adulterium ul' fornicatione tota ei9 dos sit ipo iure viri ipi9 seu mariti et ad restitutione ipius dotis vir seu marit9 illi9 et ei9 heredes nullo tempore conpellatur. et vir seu marit9 illi9 mulieris ad prestandu3 seu dandu3 ei alimenta aliquate no cogatur. ¶ Si uero no plene probauerit per testes s3 probauerit p indicia manifesta et psumptiones a iure pmissas ul' p contumaciam de qua loquit statuti qualr pcedat 9t contumaces in maleficijs nichilominu9 in dca pena debeat condempnari. ¶ Si uo vxor talis ad adulteriu3 seu fornicatione3 conmictes dote3 no hunt et hunt aliqua alia bona Jlla bona in suu viru seu maritu3 debeant deuenire et ipi9 viri seu mariti esse debeant pleno Jure sic sunt alia sua bona.

De marito retinente amasiu3 et de muliere retinente viru3 alteri9. Rca. 82

lxxxiii. Si maritus alicui9 mulieris amasia seu concubina3 in domo sua publice retinuerit et cu3 ea adulteriu3 seu fornicatione conmiserit puniat in CC. lltr. den. ¶ Et si fama fuerit de pdcis possit accusari p quel3 et sufficiat pbatio quatuor testium de publica fama. Et potas et Capitan ul' ali9 offit cois pus ut sup cognitione3 hens et quilibet ipo3 Judices de talis qui amasia3 retinuerit publice ul' secrete possit et debeant quol3 mense inquisitione3 facere 9t illos qui talia conmictere actentaret et quos inuenerit conmictere debeat condempnare in pena pdca sb pena. CC. lltr. den. ¶ Preter uolum9 q et potestas et Capitan ul' ali9 offit cois pus de pdcis cognitione3 hens et eo3 et quilib3 eo3 Judices et offitiales teneant et debeat ex eo3 offitio et ad petit petentis sb pena. C. lltr. den. face inquisitione p portas et par ciuitatis et burgo3 et subburgo3 pus quol3 mense 9t omes et singlas mulieres q maritu3 alicui9 retinuerit siue qua ul' quas marit9 alicui9 retinuit in domo sua publice ul' secrete ne extra domu3. Et si aliqua inuenerit 9t dca3 foram retine aliqe maritu alicui9 ul' aliqe maritum retine aliqua in amaxia et concubina ut dcu3 e ipam debeat face statu3 fustigari p ciuitate3 et burgos pus

et ipam mictere ad confinia p tres Annos ex ciuitate3 et comitatu3 pus adeo late sententie conputandis et 9t pdcas mulieres sufficiat publica vox et fama. Et si no steterit ad confinia p tres Annos vt dcu3 e potestas et Capitan ul' ali9 offitialis cois pus vt supra cognitione3 hens et quilibet eo3 ad petitione3 cuiuscuq3 petentis ipa3 inmicti faciat in carcere3 cois pus in quo vno Anno debeat conmorari. n infra dcu3 tempus vni9 Anni possit decarcerari n decarcere ex iuuri amore dei scdm formam statutoru3.

De negante Matrimoniu3. Rca. 83

Quicumq3 retinuerit aliquam in sua3 vxore3 p aliqd tempus in domo et postea negauerit illam esse sua3 vxore3 et pbatu3 fuerit matrimoniu3 vere ul' psumptiue que pbatio fieri possit et facta valeat coram Judice seculari cognitore talis qstionis ptestes vl' Jnstrum potas ul' Capitan ul' alius offitialis cois pus auferat ei noie pene. C. lltr. den. lxxxiiii. ¶ Item qui scdam vxorem accepit viuente pma n a pma fuerit absolut p sententia. CC. lltr. den. com pus soluere teneatur. ¶ Item si aliqua mulier retinuerit aliquem in maritu3 p aliqd tpus et postea negauerit illu3 esse suu3 maritu3 in curia pusm et pbatu3 fuerit matrimoniu3 vere ul' psumptiue qd pbari possit cora3 Judice seculari ptestes ul' instrum potas ul' Capitan ul' alter offit cois pus pene noie C. lltr. den. sibi auferat pcoi. ¶ Item mulier que scdu3 maritu3 accepit viuente pmo nisi a primo p sententia3 fuerit absoluta. CC. lltr. den. com pus soluere teneat. Et qd dcu3 est de pbatione fienda cora3 Judice seculari in casu pdco matrimonij vere ul' psumptiue Jdem Jntelligat vbicuq3 incidente opotet pbare de filiatoe ul' matrimoio vl' consanguinitate q fieri possit cora Judice seculari. Et contra tale3 pbatione3 no possit oppoi q dca pbatio no teneat tamq3 facta cora3 Judice seculari seu cora Judice no conpetente.

De disponsante certas mulieres sine consensu certa3 psona3. Rca. 84

lxxxv. Nullus audeat ul' psumat alicui9 filia3 neptem ul' pronepte3 minore3 xij. annis descendentes p lineam masculinam accipere in vxore3 ul' sponsam sine expresso consensu pris ul' Aui patni vbi patre Auu3 ul' pauu3 hunt et no subsistentib3 patre Auo ul' proauo patno sine licentia Aui patni ul' matri ul' matris que ad scdas nuptias no trasisset sb pen C. lltr. den. Et qui pdcam puella minore3 xij. annis desponsauerit ut sup dcu3 est teneatur illa3 restituere patri auo ul' proauo patno ul' matno et matri que ad scda vota non trasisset vl' p primoribus consanguineis dicte puelle ¶ Item si aliquis pupilla3 disponsauit sine licentia tutoris pupille eadem pena puniat et pupillam tutori reddere teneat. ¶ Vbi uero dca filia esset maior. xij. Annis et aliqs ea3 in vxore3 accepit sine voluntate patris ul' Aui patni no existete patre ul' Auo / tunc pater ul' Auus no teneat illa3 dotare nisi excessisset etatem. xxv. Annoru quo casu possit se tradere nuptuj absq3 uoluntate alicui9. Et pater ul' alij ascendentes ad quos expectat teneant eam dotare. ¶ Item no liceat tutori disponsare illam pupillam sine consensu duo3 primorum consanguineo3 dicte pupille ul' matris dce pupille que mate ad scda vota no trasiuerit nec etiam alij nuptuj trade. Et si tutor contrafecerit tam tutor q disponsans pdca pena puniatur et debeat pupilla

restitui proximioribus consanguineis dicte pupille. Item si tutor vel curator pupillam vel adultam sine licentia matris vel alterius ascendentis matre non existente illius pupille vel adulte alicui dederit in uxorem vel aliquam promissionem receperit seu eam recepisse apparebit a viro cui maritasset eam vel ab alio persona de dando sibi aliquam pecunie quantitatem vel aliud vel si aliquid acceperit seu accepisset occasione dicti matrimonii potestas et Capitaneus vel alter offitialis forensis communis perusii dictam pecuniam vel promissam vel aliam rem danti vel promictenti restitui facere teneatur. Et insuper tantundem nomine ac receptore pecunie seu alterius rei seu promissi ipsi date vel promisse auferre penitus teneantur. ¶ Item nullus tutor vel curator titulo donationis vel alio titulo aliquid presumat habere vel recipere vel retinere de bonis pupille vel adulte nubentis in fraudem vel presumat aliquid accipere pro consensu quem faceret causa maritandi et si contrafecerit puniatur in C libr. den. et quod accepit reddere compellatur. Et hoc capitulum in omnibus et per omnia locum habeat in masculis et feminis quo ad omnia et singula supradicta. ¶ Item si aliquis sine tutoris vel curatoris auctoritate vel consensu pupillum vel pupillam adultum vel adultam seduxerit vel de domo matris ipsius vel tutoris vel curatoris ipsius pupilli vel pupille adulti vel adulte in eius preiuditium vel gravamen extraxerit pro tali seductione vel fraude solvat C libr. den. nomine pene et quidquid inde secutum fuerit per infecto et inutili habeatur. ¶ Item si ille qui fuit tutor vel curator alicuius pupille vel adulte vel alius gestor vel etiam aliqua alia persona nomine eorum recepit ante contractum matrimonium seu contracta sponsalia per verba de presenti cum dicta olim pupilla vel adulta et ante quam sit ducta ad domum mariti aliquam refutationem vel instrumentum finis et refutationis vel consuatoris indempnitatis vel aliquod pactum administrationis gestionis tutele vel cure vel alterius gestionis cuiuscumque ipsius pupille vel adulte quam ipse gesserit vel geri fecerit talis contractus ipso iure sit nullus et quidquid secutum fuerit exinde vel ob id pro casso et irrito habeatur tali renuntiatione vel pene appositione vel promissione facta a dictis olim pupilla vel adulta non obstantibus. Et non obstante aliqua confessione seu promissione confessionis que contineretur in contractibus predictis. Et non obstante quocumque iuramento prestito per dictam olim pupillam vel adultam nisi interveniat consensus duorum magis ydoneorum consanguineorum ipsius olim pupille vel adulte vel unius si plures non habuit et consulum mercatorum cum decreto Iudicis. ¶ Et nichilominus talis qui fuerit tutor vel curator vel quicumque alter hoc fecerit rationem sue administrationis reddere compellatur aliquo contractu et capitulo et consensu non obstantibus.

De seducente seu extrahente religiosam de Monasterio Rubrica.

lxxxvi Quicumque seduxerit aliquam religiosam manentem in aliquo monasterio et de monasterio extraxerit aut operam prebuerit quod extrahatur. V. librarum den. penam solvere teneatur. ¶ Et si quis per vim aliquam de monasterio rapuerit puniatur pena mille librarum den. nisi esset consanguineus vel attinens persone rapte quia tunc puniatur pena sibi imponenda arbitrio potestatis vel alterius offitialis cognoscentis. ¶ Si vero actentaverit ponendo scalas ad fenestras vel murum monasterii vel hostium frangendo vel aperiendo puniatur in V. libr. den. et de predictis nulla possit fieri concordia. ¶ Item si aliquis noctis tempore posuerit scalam funis vel legnaminis ad fenestram alicuius domus vel ad murum alicuius et intraverit vel intrare conatus fuerit causa delinquendi in V. libr. den. puniatur. Et non obstante concordia remaneat quarta dicte pene. Si vero de die puniatur pena C libr. den.

De corrumpente virginem et cognoscente carnaliter religiosam vel uxorem alterius Rubrica.

Quicumque corruperit virginem in quocumque loco vel feminam religiosam alicuius monasterii extra monasterium et carnaliter cognoverit cum violentia puniatur pena Mille libr. den. Si non sine violentia in quocumque loco puniatur in CC libr. den. Et de predictis concordia fieri non possit. ¶ Salvo quod si ille qui corruperit virginem non religiosam non habuit uxorem et corrupta virum non habuit et sequatur matrimonium inter eos puniatur in tertia parte pene predicte singula singulis referendo. que tertia pars per concordiam remicti non possit nisi per confessionem. Si autem fuerit fancellasca que virgo non esset vel alia mulier vilis conditionis et non virgo illa que cognita per vim fuerit puniatur cognoscens in C libr. den. ¶ Ille vero qui loca religiosa intraverit causa cognoscendi aliquam monialem vel pinzocaram et eam carnaliter cognoverit in locis religiosis puniatur in V.C libr. den. Et si fieret concordia per monasterium de quo esset dicta monialis vel per sententiam specialem mandatum a dicto monasterio tunc medietatem dicte pene solvat et medietas alterius medietatis remictatur et remissa sit per predictam concordiam et alia medietas dicte medietatis per confessionem. ¶ Quicumque vero cognoverit uxorem alterius solvat communi perusii pene nomine CC libr. den. etiam si de pluribus vicibus accusetur in eadem accusatione nec accusari nec condempnari possit nisi pro una commissione adulterii infra quolibet. Et si aliquis uxorem alterius de domo viri sine mariti extraxerit vel receptaverit et eam retinuerit per horam contra voluntatem mariti condempnari debeat et puniri in CCC libr. den. pro quolibet conficiente et vice qualibet. Et hoc locum habeat quando sine violentia. Si vero per violentiam adhibitam contra voluntatem mulieris et ipsam cognoverit pena M. libr. den. puniatur et non valeat sibi concordia. Et si non solverit infra unum mensem a die late sententie sibi caput amputetur. liceat tamen patri vel matri et consanguineis illius mulieris uxoris alterius usque ad tertium gradum eam in domo retinere et recipere sine pena. Et quod fuerit uxor vere vel presumptive sufficiat probare coram Iudice maleficiorum. et talis probatio valeat ita quod non possit opponi quod sit facta coram Iudice incompetente. ¶ Si autem aliquis carnaliter cognoverit aliquam · lxxxvii ·

aliam mulierem

aliam mulierem bone conditionis et fame contra ipsius mulieris voluntatem solvat nomine pene v. libr. den.
puicce qualibet et approbationem quod sit fancella stra
vel mulier vilis conditionis vel mulier bone condic-
tionis et fame sufficiat probatio per quatuor testes
de fama qui sint de vicinia illius mulieris

De iniuriante mulieri eunti ad indulgentias
Rubrica.

lxxxviij. Cum dicatur quod tempore indulgentie olim
concesse per sancte memorie dominum Benedictum sacro
sancte Romane Ecclesie summum pontificem loco fra-
trum predicatorum de pus post translatione beati Stefani
protomartiris sive ipsi Ecclesie obvenerent iam omnipotentis
dei et ipsi beatissimi protomartiris omnibus ad dictum
locum sive Ecclesiam accedentibus multe iniurie et
contumelie detrationes violentie et offense mulie-
ribus tam civibus comitatensibus et districtualibus
quam etiam forensibus ad dictam indulgentiam accedentibus
et accedere volentibus tam in dicta Ecclesia quam extra dictam
Ecclesiam et in eundo stando et redeundo multipliciter
inferantur tangendo vel inhoneste osculando stringendo
amplexando pizicando pannos de capite elevando
ipsas mulieres cadere faciendo ad ipsam Ecclesiam
accedentes et de ipsa recedentes vel ad dictam Ecclesiam
accedentibus obviando et non permittendo ipsas ad dictam
indulgentiam accedere et de ipsa libere recedere. Statuimus
quod quicumque predicta vel aliquod predictorum commiserit vel fecerit
puniatur per potestatem vel Capitaneum vel alium offitialem
communis pus. in CC. libr. den. dandis et solvendis massario
communis pus. pro ipso communi recipientibus. Et predicta intelligantur
et locum habeant infra tempus quatuor dierum proxime
precedentium kalendas Augusti et ipsa die kalendarum
et quatuor diebus proxime sequentibus ipsas kalendas augusti
vel infra dictum tempus vel aliquo tempore dictorum dierum.
Si vero verba inhonesta vel contumeliosa eisdem mulie-
ribus dixerit puniatur in C. libr. den. Et quod quicumque
acceperit vel de aliqua domo extraxerit per violentiam
vel contra suam voluntatem aliquam mulierem civem vel
comitatensem vel districtualem communis pus. vel forensem
infra tempus quatuor dierum proxime precedentium kalendas
Augusti et in ipsa die kalendarum vel quatuor diebus post
ipsas kalendas Augusti proxime sequentibus et quod infra dictum
tempus vel aliquo tempore dictorum dierum puniatur per potestatem
et Capitaneum vel alium offitialem communis pus. ut supra
cognitionem habentem in mille libr. den. Et predicta omnia et
singula locum habeant in omnibus indulgentiis concessis et
concedendis in futurum et que concesse dicerentur in locis
Ecclesiis et hospitalibus civitatis et comitatus et districtus
pus. videlicet in diebus festivitatum aliarum indulgentiarum
aliarum Ecclesiarum et locorum in die precedenti ipsum festum
vel aliquod eorum. Et potestas et Capitaneus vel alius
offitialis communis pus. ut supra qui pro tempore fuerit possit
teneatur et debeat in suo sacramento iuramenti et ad penam
mille libr. den. de ipsorum salario in quibus si negligentes
fuerint premissa facere per ipsorum sindicatores tempore
sindicatus eorum debeant sindicari et condepnari. Et de
predictis omnibus et singulis in presenti capitulo contentis inquirere
et inquisitionem facere ex eorum offitio proprio sine aliquo
promotore et repertos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum
punire et condepnare in penis supradictis declaratis. Et
sufficiat ad plenam probationem omnium predictorum vel

alterius eorum probatio publice fame quatuor fidedignorum
testium que fama habenda debeat pro plena et sufficienti
probatione non obstante aliquo statuto loquente de inquisitione
et forma inquisitionis fienda per potestatem et Capitaneum
civitatis et aliis quibuscumque que in contrarium loquerentur.

De Ruffiana Rubrica.

Ruffiana que induceret suo facto vel opere . lxxxviiij.
quod aliqua uxor alicuius vel mulier alia bone
conditionis et fame committeret adulterium vel forma-
tionem capite tonso per Civitatem et burgos pus. debeat
fustigari et si per famam fuerit probatum possit poni
ad tormenta.

De facientibus facturas Rubrica.

Potestas et Capitaneus vel alius offitialis forensis . lxxxx.
communis pus. ut supra cognitionem habens vel aliquibus
eorum offitiales quolibet mense ad minus inquirat contra
omnes et singulas personas que faciunt et fieri faciunt
facturas sive venefitia sive incantationes immundorum
spirituum ad nocendum et illam per quam invenerint
incriminatam tali crimine per publicam famam et unum testem
de veritate puniant et punire teneantur in C. libr. den.
pro qualibet vice quas si solvere non poterit vel non
solverit infra x. dies post condepnationem factam debeat
igne cremari ita quod moriatur. et quilibet sit accusator
et habeat medietatem pene que advenerit in communi.

De quibusdam artifitibus facientibus scelus cum
aliqua muliere. Rubrica.

Quicumque spetiarius barberius medicus sartor vel . lxxxxi.
cerdo et quicumque alius qui habuerit conversationem
in domo alicuius vel aliquorum et fecerit aliquod
scelus vel adulterium vel fornicationem cum aliqua
muliere existente in domo supradicta puniatur et
condepnetur communi pus. in CCC. libr. den.

De muliere se committente lebroso et de xpiana
se committente Iudeo. Rubrica.

Mulierem committentem se carnaliter alicui de . lxxxxii.
lebroso preter quam suo marito potestas et Capitaneus
vel alius offitialis communis pus. postquam scierit per totam civitatem
et burgos faciat fustigari et nasum de facie detrun-
cari seu amputari. Et insuper eam expellat de civitate
et comitatu pus. et non permittat eam toto tempore
eorum regiminis reintrare. et eadem pena puniatur
lebrosus cognoscens carnaliter aliam mulierem quam suam
uxorem. Et nullus Iudeus audeat vel presumat
concumbere cum aliqua xpiana seu aliquam xpianam
cognoscere. Et nulla xpiana audeat vel presumat
concumbere cum aliquo Iudeo seu corpus suum prestare
ad carnalem copulam alicui Iudeo. Et qui scienter
contrafecerit puniatur in M. libr. den. Et si non solverit
infra xx. dies a die sententie igne cremetur ita quod
penitus moriatur. Et eadem pena puniatur xpianus
qui cognosceret carnaliter aliquam Iudeam.

Ubi suspendantur lattrones et Robbatores. Rubrica.

Ut omnibus sint notorie punitiones que fieret de . lxxxxiii.
furibus et furtis commissis et robbatoribus stratarum
et que committerentur in futurum. Statuimus et ordinamus quod
pro tempore futuro quandocumque occurrerit quod aliquis latro vel fur
vel robbator stratarum debeat suspendi per gulam infurcas pastum
corvorum. Idem malefactor debeat suspendi in calbentino in
loco ordinato pro communi pus. vel ubicumque placuerit rectori.

De furtis et pena furti. Rubrica.

.lxxxiiii. Quicumque latro vel fur deinceps furtum commisit
a x libr. infra vel in quantitate x libr. inclusive vel
supra usque in quantitatem .xxv. libr. den. vel rem vel res
valentes usque ad dictam quantitatem et venerit in fortiam
communis perusii pro primo furto puniatur et condapnetur
et puniri debeat in quadruplum valoris et extimationis
eius quod furatus fuerit communi perusii et in restitutione eius
quod furatum fuit parti vel persone cui furatum fuerit
Et nichilominus fustigetur per plateas et stratas burgorum
civitatis perusii possit tamen redimere fustigationem pro .C.
libr. den. in pecunia numerata. Si vero secundum furtum
commisit usque in dictam quantitatem condapnetur et puniatur
in quadruplum communi perusii et in restitutione eius quod furatus
fuerit ei cui furatus fuerit Et nichilominus fusti
getur ut supra dictum est et bulletur in facie bulla
grifonis ardenti. Si vero tertium commisit
furtum pro publico et famoso latrone habeatur
et reputetur et in furcis suspendatur. Que tamen
furta ut furcis suspendatur appareant facta diversis
locis et temporibus et diversis rebus. Si vero furatus
fuerit a xxv libr. supra condapnetur et puniatur
in quadruplum pro prima vice eius quod furatus fuit communi
perusii et in restitutione eius quod furatus. Et nichilominus
fustigetur et bulletur modo predicto. Pro secunda
vero vice seu pro secundo furto quod fuerit a supradicta
quantitate xxv. libr. den. supra condapnetur et puniatur
et puniri debeat in quadruplum communi perusii et parti
in eadem sententia in restitutione eius quod furatus fuerit
ut supra dictum est et aliis penis supradictis ac ultra
dictas penas debeat poni et stare in carceribus communis
perusii per sex menses. Pro tertia vero vice seu tertio
furto a dicta quantitate supra debeat furcis suspendi ita
quod penitus moriatur. Et intelligatur primum secundum et tertium
furtum ut dictum est proximo capitulo. Si vero tertium. Si vero
fuerit publicus et famosus fur furcis suspendatur
dummodo de furtis factis patri matri vel alicui
alii ex linea ascendenti vel alicui ex descendenti fratri
carnali vel germano carnali patruo vel avunculo et
nepoti carnali ex fratre vel sorore carnali fratri
consobrino sive sit ex paterna linea sive materna
nullus possit accusare nisi tamen ille cui fuit factum
furtum. nec de predictis furtis sic factis consanguineis predictis
vel alteri eorum possit inquiri nec procedi per potestatem
vel Capitaneum vel alium offitialem communis perusii quovis
nomine nuncupetur nisi ad petitionem illius cui factum
fuerit furtum. De furtis vero factis a viro uxori
vel ab uxore viro non possit procedi nec per viam accusa
tionis nec per viam Inquisitionis ullo modo. Si
vero fuerit furatus .xx. sol. den. vel ab inde infra vel
rem vel res valoris .xx. sol. den. vel minoris valoris
puniatur ita quod bene sit puniendus arbitrio potestatis
et Capitanei inspecta conditione persone et etiam qualitate
usque in .x. libr. den. Et in restitutione rei sub
tracte vel eius extimationis et hec fieri debeat
in eadem sententia sive petitum fuerit utrumque in eadem
accusatione sive non. Et idem intelligatur et sit
in omnibus dictis casibus in quibus debet fieri restitutio
rei furate vel subtracte vel eius extimationis Et idem
sit si procedatur per viam Inquisitionis in dictis casibus vel
altero ipsorum. Si vero aliquis latro vel fur qui
furaretur in domum intraverit alicuius post furtum
factum et ille cui esset factum furtum denuntiaverit illi
cuius esset dicta domus quam intrasset vel qui in dicta
domo habitaret quod ipsum furem vel latronem capere
debeamus quod ipsum capiat vel capi facere teneatur
et captum teneat quousque familia domini potestatis
vel capitanei iret pro eo et ipsum ducat in fortiam
potestatis vel Capitanei quod si non faceret solvat
pene nomine communi perusii xxv libr. den. Volumus
statuentes insuper quod quicumque receptaverit fures
vel furta robbatores vel robbarias eadem pena
puniatur quemadmodum puniretur et puniri debet
fures et robbatores per formam statutorum communis et
presentis perusini. si scienter fures vel furta robbatores
vel robbarias receptaverit.

De fure nocturno a domum frangente et defuncto in domo ad aliquam cognoscendum. Rubrica.

Quicumque fecerit furtum de nocte vel furari .lxxxv.
voluerit in domo alicuius et intraverit
dictam domum de nocte Si ille cuius domus fuerit
vel eius famulus vel alius qui staret in ipsa domo
illum furem interfecerit in dicta domo ad penam aliquam
minime teneatur. Si vero quis invenerit aliquem
ad frangendum domum quam habitaret sive sit sua
propria sive non vel invenerit in ipsa domo de die
vel de nocte ad furandum vel causa furandi vel
cognoscendum vel causa cognoscendi uxorem suam
vel filiam vel nepotem vel cognatam vel aliquam aliam
suam consanguineam vel familiarem cum ea in domo
manentem et tunc eum offenderit vel interfecerit ad
penam aliquam minime teneatur.

De furtive mutilante vel evacuante alicui bursiam vel ghironem Rubrica.

Quicumque furtive incaderit mutilaverit seu .lxxxvi.
evacuaverit alicui bursiam vel ghironem
vel squarsellam vel carnerium vel aliam rem
in qua pecuniam quis portaret puniatur in .CC.
libr. den. quam penam si solvere non poterit sibi
manus dextra debeat amputari et nichilominus
fustigetur et condapnetur in eadem sententia parti lese
in quadruplum eius quod accepit. Et quicumque
defenderit aliquem qui aliquod de dictis malefitiis com
misisset quominus duceretur in fortiam communis perusii
puniatur nomine pene in xxv libr. den.

De spoliatoribus raptoribus seu derobbatoribus. Rubrica.

Si aliquis male fame aliquem per violentiam
spoliaverit de re mobili aliqua vel rem .lxxxvii.
aliquam rapuerit sive derobbaverit et res va
luerit .x. libr. den. usque in xxv. libr. den. puniatur
in .C. libr. den. Si vero res valuerit ultra
furcis suspendatur ita quod moriatur. Si vero
fuerit minoris valoris a .x. libr. infra usque
ad .xl. sol. den. condapnetur et puniatur in .CC. libr. den.
Si vero fuerit valoris minoris quantitatis rema
neat in arbitrio potestatis vel alterius offitialis domini
nori pena. Et quolibet dictorum casuum condapnetur
in restitutione rei vel extimationis ipsius in eadem
sententia sive deductum fuerit utrumque in accusatione
vel Inquisitione sive non. Et si non fuerit

male fame et res fuerit minoris valoris a xl lr
denarior infra usque ad xl ß den condapnetur et
puniatur dictus spoliator sive derobbator sive
raptor in L lr den et in restitutione rei quam
rapuerit vel derobbauerit vel de qua fuerit quis
spoliatus ipsi spoliato seu derobbato vel ei cui
res est rapta condapnetur in eadem sententia
sive deductum fuerit utrumque in accusatione seu
inquisitione sive non. ¶ Et si fuerit maioris
valoris x lr usque ad xxv lr den puniatur
in CC lr den. ¶ Si vero res fuerit extimationis
a xxv lr den supra usque in C lr den puniatur
et condapnetur in iiii C lr den. ¶ Si vero a C lr
den supra puniatur maiori pena arbitrio potestatis
vel alterius offitialis predicti etiam usque ad mortem
inclusive actenta qualitate facti et personarum
condictione. Et in quolibet predictorum casuum condapnetur
in restitutione rei de qua facta fuerit spoliatio vel
derobbatio seu rapina vel in extimatione ipsius rei
in eadem sententia sive deductum fuerit utrumque in accu-
satione vel inquisitione sive non. ¶ Dummodo
predicta non intelligantur de rebus que valerent minus
xl ß den set de tali casu pena imponatur arbitrio iudicis
de dicto delicto cognoscentis. Et nichilominus spoliator
raptor seu derobbator condapnetur in restitutione
rei rapte seu derobbate vel de qua facta est spo-
liatio in eadem sententia sive petitum fuerit utrumque
in accusatione sive inquisitione sive non inspecta condic-
tione personarum et etiam qualitate. Et quod quis sit
bone fame vel male sufficiat probatio publice
vocis et fame.

De frangentibus carceres. Rubrica.

Carceres communis Pisis existentes in campo battalie
communis Pisis in quibus captivi dicti communis detinentur
lxxxviii nullus audeat vel presumat rumpere vel frangere
nec de hiis exire contra voluntatem custodum et sine
licentia dominorum potestatis et Capitanei vel alterius
offitialis communis Pisis ex cuius parte fuerit recomendati.
Et siquis contrafecerit capite puniatur dummodo predicta
locum non habeant in illis qui exhiberent de dictis carce-
ribus secundum formam statuti communis Pisis non in illis qui re-
soluerint condempnationem eorum non in illis qui reuerterentur
seu ducerentur ad potestatem vel Capitaneum vel alios
offitiales dicti communis Pisis a deorum vel alterius eorum regi-
tionem aliquo speciali vel generali in contrarium loquente
non obstante. ¶ Et si aliquis esset detentus
in palatio potestatis vel capitanei vel alterius offitialis
communis Pisis pro aliquo malefitio et talis detentus aufu-
gerit de palatio vel discesserit habeatur pro confesso de illo
malefitio occaxione cuius esset detemptus. Et intelligatur
detentus sive sit mandatum per potestatem vel Capitaneum
vel iudicem vel alium offitialem in cuius curia esset detentus
quod non discedat sive sit custoditus et detemptus per
familiares predictorum predictorum offitialium sive baiulos. ¶ Preterea
volumus quod per aliquam curiam potestatis vel Capitanei
vel alterius offitialis communis Pisis procedi non possit contra aliquem
qui esset detemptus in carcere dicti communis ad aliquid exban-
nimentum vel condempnationem nisi haberet licentiam et
facultatem comparendi et se defendendi coram curia que
procederet contra ipsum et custodes carcerum illum contra
quem procederet ducant sub tuta fiducia seu custodia
coram curia procedente contra eum.

De frangente domum vel cameram. Rubrica.

Siquis inuentus fuerit ad frangendum domum lxxxviiii.
habitationis vel cameram alicuius in qua quis
artem suam exerceret causa furandi vel derobbandi
seu rapiendi potestas et Capitaneus vel alter offitialis
communis Pisis vel quilibet eorum suspendi in furcas facere
teneantur ita quod penitus moriatur. ¶ Si vero aliam
domum fregerit causa furandi vel derobbandi sive
inuentus fuerit ad frangendum sive non puniatur
de fractione in CC lr den. Et si furatus fuerit
aliquid de dicta domo puniatur pena furti et in pena
contentis in capitulo loquente de furtis et pena furis.
Et si probatum fuerit aliquem ire ad frangendum de
domum vel Cameram alicuius causa furandi vel derob-
bandi possit potestas et Capitaneus vel alter offitialis communis
Pisis cum eorum arbitrio punire et condepnare.

De apprehendentibus vel intrantibus possessiones rei alicuius
et de Giuris et confederationibus non faciendis. Rubrica.

Ut omnis iurgiorum materia radicitus . C.
amputetur et scandala seditionum nequissima
euitentur per que urbes ciuitatis et oppida sepissime
conquassantur et ut auara uoracitas aliena usurpan-
tium refrenetur. Dicimus et ordinamus quod nullus
audeat vel presumat apprehendere occupare vel in-
trare possessionem vel tenutam terrarum et vinearum et
generaliter quarumlibet aliarum rerum inmobilium alicuius et
a domino possessorum vel ab aliquo possessionem tamen vel detentam
tamen causa probandi et probare nolendi possessorem vel
detemptorem sua possessione vel tenuta sine iuris
cognitione facta coram potestate vel Capitaneo vel aliquo
ex offitialibus communis Pisis et sine eorum vel alterius eorum ex-
pressa licentia a predictis dominis et offitialibus vel altero eorum
de iure cognita et obtempta. Et siquis contrafecerit vel
diuerit faciendum pro qualibet vice C lr den communi Pisis
soluere teneatur ¶ Et nichilominus dictam possessionem
seu tenutam reddere et restituere teneatur ei cui ac-
cepta fuerit modo predicto et etiam dicta possessione priuetur.
Et eadem pena C lr den puniatur et puniri
debeat turbans aliquem in possessione vel tenuta
alicuius rei inmobilis quam possideret vel detineret
Et potestas et Capitaneus et predicti offitiales communis Pisis
faciant predicta firmiter obseruari et lesos vel mole-
status seu turbatos in possessionibus seu tenutis eorum
defendere teneantur. Ita quod nulla violentia vel
molestia vel turbatio eis fiat tempore presenti aliquo
vel futuro. Quod si facere neglexerit V lr den
communi Pisis soluere teneatur. Et fructus dictarum rerum
in iniuriarum parco potestas et Capitaneus vel alter offitialis
communis Pisis omnia dapna et interesse integraliter
resarciri faciant sine mora que ei occaxione
predicta contigerit euenire. Et de predictis dapnis fructibus

Iuramentum [illegible]

et interesse stetur sacramento iniuriam passi. ¶ Si
vero possessionem vel tenutam rei mobilis apprehenderit
seu cepit puniatur in xxv libris denariorum pro qualibet re mo
bili et in restitutione possessionis vel tenute rei accepte
in eadem sententia sive utrumque fuerit petitum in accusatione
sive non. Et hoc locum habeat de restitutione possessionis et
tenute rei accepte sive utrumque fuerit petitum in
accusatione sive non. Et in omnibus dictis casibus
et tam de re mobili quam immobili vel extimationis
rei mobilis ¶ Preterea volumus presenti decreto
firmiter statuendo quod nullus de civitate comitatu vel
districtu vel aliunde vel aliqua universitas alicuius
castri vel ville faciat vel facere audeat vel presumat
aliquam cavalcatam vel congregationem gentium in
aliqua parte comitatus vel districtus Pisani vel alibi causa
inferendi iniuriam vel molestiam alicui persone vel
alicui universitati alicuius castri vel ville seu alicui
Ecclesie vel monasterio seu pio loco vel causa appre
hendendi tenutam vel possessionem alicuius rei per violentiam
sine iuris cognitione. Et qui contrafecerit puniatur in C.
libris denariorum. Et de predictis per potestatem et Capitaneum vel alium
offitialem comunis Pisani debeat inquiri pena C. librarum denariorum
pro quolibet eorum si in predictis fuerint negligentes vel remissi
que eis debeat auferri tempore sindicatus eorum per eorum
sindicatores ¶ Presenti insuper decreto dissolvimus
omnes Giuras confederationes et ligas factas per
totam civitatem et totum comitatum et districtum Pisanum
iubentes ipsas non amplius fieri sine licentia et vo
luntate priorum Artium civitatis Pisane. Et quicumque recepit
vel recipiet aliquos contractus vel instrumenta de predictis ligis contra
iuris confederationibus vel causa earum quocumque quesito
colore ipsos contractus debeat dissolvere et ipsi contractus et instrumenta
non debeant valere nec debeant executioni mandari
et possint contra ea excipi et exceptiones huiusmodi
admicti debeant per offitiales comunis Pisani non obstante
statuto loquente de executione confessionum. Et nichilomi
nus qui in aliqua Giura sotietate vel confederatione
fuit teneatur et debeat sub pena C. librarum denariorum infra otto
dies a die publicationis presentium statutorum notificare dominis
prioribus dictas ligas Giuras et confederationes et eorum
mandatis obedire. Et si aliquis fecerit tales coniura
tiones ligas vel confederationes et eas et omnes ligas
factas predictas de causa non dissolverit infra xv dies a die
publicationis presentium statutorum vel in futurum tales ligas
confederationes vel giuras et instrumenta seu obligationem
recipiet puniatur per potestatem Capitaneum vel alium offitialem
comunis Pisani in C. libris denariorum et quilibet possit esse accusa
tor et habeat medietatem banni sive pene. Item si
aliquis notarius rogatus fuerit de aliqua giura vel
confederatione seu sotietate sub dicta pena teneatur et debeat
ipsam notificare infra terminum predictum otto dierum prefatis
dominis prioribus. Et nichilominus priores consortii notariorum
sub pena predicta teneantur et debeant cassare quelibet notarios
contrafacientes de matricula dicte artis notariorum et extunc de
dicta matricula intelligatur et sit cassus et percassus et
cancellato habeatur. Et similiter quicumque persona haberet aliquam
scriptam apud se vel sciverit aliquem qui aliquam
scriptam haberet de dictis Giuris confederationibus seu so
tietatibus teneatur et debeat sub dicta pena infra dictum
terminum otto dierum ipsam notificare dictis dominis prioribus
et similiter de aliis contrafacientibus. Et nichilominus si aliquis

ex predictis contrafecerit in aliquo predictorum quod non debeat nec possit
audiri in civilibus agendo donec suam condempnationem sol
visset per aliquem offitialem comunis Pisani sub dicta pena offitiali
contrafacienti. Et quicumque post lapsum dictum terminum
otto dierum notificaverit eisdem dominis aliquam ex
dictis Giuris vel sotietatibus vel aliquem ex dictis
inobedientibus habeat a Camera Massariorum comunis
Pisani et ab ipsius Massariis C. libras denariorum et teneatur
in silentio. Et si talis notificans fuerit in aliqua
giura de predictis quod sit a pena qualibet propter dictam notificationem
totaliter absolutus et habeat eodem modo predicto dictam quanti
tatem C. librarum denariorum et teneatur in silentio. Et de
predictis et quolibet predictorum possit et debeat inquiri et
per inquisitionem procedi per dominum potestatem et
Capitaneum vel alium offitialem superdictum sub pena predicta.
Et si probabitur per publicam famam de tali delicto
possit ad tormenta procedi et quo ad dissolutionem
contractus vel ad impediendum executionem dictorum instrumentorum
sufficiat publica fama cum uno teste de visu que
pro plena probatione habeatur ¶ Preterea volumus quod si fuerit
factum banpnimentum ex parte potestatis vel Capitanei
vel alterius eorum vel dominorum priorum Artium quod quis non
debeat accedere cum aliqua adunantia gentium
ad aliquem locum causa inferendi violentiam alicui
vel causa capiendi possessionem per vim alicuius Ecclesie vel rem
quam aliquis possideret et postmodum accessit vel
iverit puniatur in C. libris denariorum de facto et inde
inquiratur publice et secrete capitulo aliquo non
obstante ¶ Et si quis extraxerit vel privaretur
possessionis alicuius rei vel Ecclesie vel bonorum ipsius a suo
possessore vel possessione tamen facta probatione de possessione
quam haberet que fieri possit diebus feriatis et non
feriatis potestas et Capitaneus vel alter offitialis comunis Pisani
et quilibet eorum teneatur ipsum vim passum reponere in possessione
dictorum bonorum et Ecclesie de facto infra otto dies aliquo
non obstante a die querele proposite ad penam C. librarum denariorum pro
quolibet eorundem potestatis et Capitanei vel alterius offitialis
ut supra ¶ Item si bladum vel fructus alicuius possessionis
fuerint penes aliquem autoritate curie sequestrati ille
vel illi cui vel quibus facta fuerit sequestratio id quod
sequestratum erit debeat retinere et nulli dare sine
licentia curie et si aliter sponte daret tantumdem
de suo illi ad cuius petitionem facta erit sequestratio
dare teneatur ¶ Et si bladum vel fructus penes
aliquem intaggiti seu sequestrati erunt et per vim ab eo
fuerint per aliquem accepti infra tertiam diem potestati vel
Capitaneo vel alii offitiali comunis Pisani debeat denuntiare illum
vel illos qui per vim tales res accepisset vel accepissent
quod si non fecerit dictum bladum vel fructus illi persone ad
petitionem cuius dicta intaggimenta seu sequestrationes facta
fuerint de suo solvere teneatur. Et talis per vim capiens
puniatur in C. libris denariorum et ad restitutionem rei et
fructuum cogatur per potestatem et Capitaneum vel alium
offitialem comunis Pisani de facto sine aliquo processu.

De impressionibus et violentiis non fiendis per
laycos clericis in bonis Ecclesiarum Rubrica. 100

Quoniam in Italia contra iure prohibetur est .C.j.
impressio laycorum qui aliquando vacantibus Ecclesiis

Et si opposuerit oppositio sit nullo ipso iure. et perinde procedatur ac si non opponeretur ¶ Et ne super dicto capitulo questio seu lix oriatur dicimus declarantes quod quicumque forensis habitaverit vel habitabit in futurum per tempus xx annorum continue in civitate perusii et huic libram suam in civitate vel et huiusmodi domum suam vel vineam in civitate vel districtu perusii quas non emisset in fraudem vel alia fecerit et observaverit et adimpleverit que facere observare et adimplere teneretur ex forma alicuius statuti populi perusini talis forensis pro cive perusino habeatur et tractetur ut civis et gaudeat privilegio civium perusinorum in omnibus et ad omnia non tamen quo ad officia et non aliter ullo modo. ¶ Preterea eo quod dictum est supra non obstante ordinamus quod filii perusinorum civium et comitatensium sive legitimi sive non legitimi vel non legitime nati non intelligantur forenses si constabit per famam publicam ipsos fuisse filios alicuius perusini civis vel comitatensis legitimos vel non legitimos et appareat libra patrum talium filiorum scripta in libris communis perusii et appareat quod fuerint vel fuerant cives vel alii perusino non obstat talibus filiis locus in quo fuerint nati sive in civitate et districtu perusii vel alibi in quocumque loco dummodo tales filii in civitate vel burgis vel comitatu habitent et morentur ¶ Et quod non videtur conveniens quod homines de iurisdictione communis perusii et terrarum submissarum et recomendatarum et subrecomendatarum et recomendandarum pro forensibus habeantur. Statuimus quod homines dictarum terrarum non intelligantur forenses non pro forensibus habeantur set habeantur et tractentur et puniantur pro maleficiis committendis per eos et in eos et in causis civilibus et criminalibus ut alii cives perusii durante tempore submissionis et recomendationis. Dummodo perusini districtuales et comitatenses communis perusii habeantur ab eis pro civibus et castellanis et fregeris ipsarum terrarum castrorum et locorum in civilibus et criminalibus.

De exbampnito offendente et de offendente exbampnitum communis perusii. Rubrica. 121

Si aliquis exbampnitus et condempnatus communis perusii pro maleficio et causa maleficii per quo mallio et causa cuius mallii et causa cuius exbampnimenti et condempnationis possit dictus exbampnitus et condempnatus impune offendi secundum dispositionem et formam statuti communis perusii vel siquis exbampnitus et condempnatus causa alicuius mallii commissi vel cuius mallii et cuius exbampnimenti et condempnationis causa. Is qui dictum exbampnitum et condempnatum occiderit deberet condempnari in dimidia pena qua deberet condempnari occidens non exbampnitum vel condempnatum secundum formam statutorum fecerit homicidium in personam civis vel comitatensis extra civitatem et comitatum perusii per potestatem et capitaneum seu alterum eorum seu alios officiales communis perusii pro in amputatione capitis condempnetur. et eidem si capi poterit caput faciat seu faciat amputari ita quod moriatur ¶ Si autem aliquem civem vel comitatensem C.xxiiii

percussit extra civitatem et comitatum pis. et ex percussione vel pro percussionem sanguis exiverit potestas vel Capitaneus manum dextram ei faciant amputari. Et si aliter offenderit aliquem Civem vel comitatensem extra civitatem vel comitatum pis. quadrupla pena condempnetur qua condempnari deberet si offensa facta esset alio qui non esset exbampnitus et condempnatus. Et quia exbampniti et condempnati ut plurimum morantur et habitant in terris subiectis et submissis domino communi et etiam in aliis terris non submissis nec suppositis circumstantibus et veniunt aliquando in comitatum pis. et homines tam cives quam comitatenses occidunt vulnerant et derobbant et faciunt ipsos comitatenses se redimere quod est abominabile audire. Ad obviandum predictis et ut arctius predicta de opportuno remedio provideatur. Statuimus quod si aliquis exbampnitus et condempnatus communis pis. postquam fuit condempnatus ante solutionem pene ipsius condempnationis vel liberationem seu absolutionem a condempnatione occiderit vulneraverit vel derobbaverit seu spoliaverit in comitatu vel in civitate vel burgis vel suburgis pis. aliquem civem vel comitatensem pisanum vel aliquem forensem vel posuerit eum in privato carcere vel incendium aliquod fecerit seu combusserit vel vineas inciderit vel fructus agri destruxerit vel depopulaverit vel fecerit eum redimere quocumque vel aliam gravem offensam fecerit contra aliquem civem comitatensem vel districtualem pisanum vel aliquem forensem in civitate vel burgis vel suburgis pis. vel comitatu extra quem sit et esse intelligatur exbampnitus et condempnatus pena capitis et omnia sua bona intelligantur esse publicata communi pis. ipso iure et habeatur pro exbampnito et condempnato de omnibus terris submissis vel recomendatis domino communi. Et idem sit intelligatur et observetur si aliquis extra exbampnitus et condempnatus aliquam extra dictas iniurias personales vel realibus intulerit in aliquibus rebus vel bonis alicuius civis vel comitatensis pisani existentis etiam extra comitatum pis. Et quod potestas et Capitaneus et alii offitiales communis pis. et quilibet eorum ad petitionem cuiuscumque ex offitio vigore presentis statuti teneantur et debeant contra predictos inquirere et eosdem in dictis penis condempnare et processus expedire infra unum mensem a die initiati processus. sub pena mille librarum denariorum pro quolibet quorum fuerit negligentes. in quam per suos sindicatores debeat condempnari de quibus specialiter et expresse dicti sindicatores ex offitio ipsorum contra dictos potestatem et Capitaneum et alios offitiales inquirere teneantur et eos culpabiles condempnare pena dictis sindicatoribus v. librarum denariorum si fuerint negligentes in predictis in quam per maiorem sindicum debeat condempnari. Et ut dictis exbampnitis et condempnatis sic inquisitis iuris defensio non auferatur quod possit ipsi exbampniti et condempnati et eis liceat per se vel per procuratorem comparere respondere et se defendere secundum formam statuti. Et potestas et Capitaneus qui tales sententiam tulerit contra tales iam exbampnitos et condempnatos occasione alicuius malefitii de predictis et etiam alii offitiales domini communis infra tres dies a die late sententie ipsam sententiam vel ipsas sententias per eos vel alterum eorum latas debeat notificare et in publicam formam mictere expensis communis pis. rectoribus predictis communi existentibus in quibuscumque terris et locis subiectis et recomendatis communi pis. teneantur sub dicta pena .m. librarum denariorum de facto eis auferenda ut dictum est. Et quod dicti rectores infra tertiam diem a die notificationis predictorum nuntiandam teneantur et debeant tales exbampnitos condempnatos in predictis mallis vel aliquo eorum sic predictis et in tali condempnatione nominatos in ipsis pena amputationis capitis et publicationis bonorum de dicta civitate terra vel loco communi pis. subiectis et recomendatis absque alio processu formaliter condempnare. Et eosdem si in eorum fortia vel districtu reperientur capere et capi facere et in eos personaliter et realiter executionem facere et tales formam executionem mandare cum effectu. Et habeat et lucretur talis offitialis et rector pro quolibet malefactore quem ceperit in quem personaliter et realiter executionem fecerit de predictis secundum formam dicte late sententie. Et eidem offitiali solvat vel pro quolibet in quem facta fuerit talis executio .l. flor. auri absque alia apodissa vel mandato. Et si dicti rectores vel offitiales in predictis extiterint negligentes contemptores vel remissi in dictam penam m. librarum denariorum per maiorem sindicum communis pis. debeat condempnari de quibus expresse debeant sindicari. Et quia conveniens est ut quod quisque iuris in alium statuit ipse eodem iure utatur. Et ne universitates predicte in quibus predicti offitiales sunt debitum huiusmodi ordinamento mirentur sed potius per eosdem statuti observatur presentis quod statutum in eorum volumine cum debito vigore conscribant et robur eternum habere permictant. Statuimus et ordinamus quod quicumque exbampnitus et condempnatus alicuius civitatis terre vel loci subiecti communi pis. accesserit ad aliquem dictorum locorum subiectorum vel in eorum vel alicuius eorum comitatu et realiter vel personaliter offenderit aliquem de dicto loco et ibidem moram vel per loca transeuntem si tali occasione de dictis terris et locis vel aliquo eorum extiterit condempnatus quod statim infra tertiam diem a die notificationis facte de predictis et facta fide de tali forma lata potestas vel Capitaneus et alii offitiales communis pis. tales sic delinquentes in simili pena debeat condempnare absque alio processu. Et in eos executionem realem et personalem facere si tales delinquentes in civitate vel comitatu pis. reperiet cum effectu omni negligentia cessante et habeat et lucretur v. solidorum denariorum pro quolibet illorum eorum qui venire fecerit in communi occasione predicta pena similiter .m. librarum denariorum si negligentes fuerint eis per eorum sindicatores auferenda de quibus expresse debeat sindicari. Et que dicta sunt supra de exbampnitis et condempnatis predictis in dictis casibus et quolibet eorum locum habeant et plenum sortiantur effectum in omnibus et per omnia in adsotiatoribus tales exbampnitos ad huiusmodi committenda et in omnibus et singulis qui eisdem exbampnitis ad talia perpetranda prestarent

auxilium consilium vel favorem. Ita quod simili et eadem
pena penitus puniatur aliquo non obstante. Si
vero non civem offensam fecerit talis exbannitus
et condempnatus contra aliquem civem vel comitatensem vel fore-
sem in comitatu pistoriensi vel in civitate vel burgis vel
suburgis condempnetur et puniatur quadrupla pena
respectu pene qua deberet condempnari et puniri civis
offendens civem in loco in quo facta fuisset offensio
a tali exbannito et condempnato. Statuimus etiam
quod si quis qui iam in preteritum fuit exbannitus et condem-
natus causa malefitii pro quo possit impune
offendi vel pro malefitio pro quo offendens eum
deberet puniri et condempnari secundum formam potestatis infra
in rea quod exbanniti et condempnati pro certis delictis
et ex in c. in aliis autem exbannitis et sit postea
rebannitus et restitutus ex gratia concessa et facta
per commune pistoriense commiserit homicidium in civitate vel burgis
vel suburgis vel in comitatu ipsius civitatis vel extra
in persona et corpore alicuius civis vel comitatensis pistoriensis
condempnetur et puniatur et condempnari et puniri
debeat predicta pena amputationis capitis a spatulis
ita quod moriatur. Si vero mutilaverit vel debi-
litaverit alicui civi vel comitatensi aliquod membrum
vel percusserit civem vel comitatensem in facie vel in gula
cum efusione sanguinis et ex percussione signum
perpetuo sit remansurum condempnetur in amputatione et sepa-
ratione manus a brachio. Sed si aliter offenderit
civem vel comitatensem pistoriensem condempnetur et puniatur
pena dupli respectu pene qua deberet condempnari
et puniri non exbannitus et condempnatus offendens
aliquem civem vel comitatensem pistoriensem. Et simili
modo si quis futuro tempore fuerit tantum exbannitus
et condempnatus vel fuit tantum condempnatus pro malefitio
commisso et causa maleficii commissi pro quo maleficio
exbannitus et condempnatus possit impune offendi secundum
formam dicti statuti de offendente exbannitos
et pro executione pene fuit postea vel erit in carcere
communis pistoriensis inclusus intrusus et immissus. Et in
posterum fuerit in carcere inclusus intrusus vel immissus
ex gratia generali vel speciali facta et concessa per commune pistoriense
in honorem divine maiestatis vel ex alia causa
fuit vel erit sibi remissa pena et exceptus et
liberatus fuerit vel erit de ipso carcere. Et post
gratiam receptam et postquam fuit vel fuit liberatus
et exceptus de carcere commiserit in futurum homicidium
quocumque tempore et in quocumque loco vel in civitate
vel comitatu pistoriensi vel extra comitatum pistoriensem in persona
civis vel comitatensis pistoriensis pena amputationis
capitis a spatulis condempnetur et puniatur. Si
vero amputaverit seu mutilaverit vel debilitaverit
alicui civi vel comitatensi pistoriensi aliquod membrum vel
percusserit aliquem civem vel comitatensem pistoriensem in facie
vel in gula ex qua percussione signum et cicatrix
sit in facie remansurum et remansura condempnetur
et puniatur predicta pena amputationis manus a
brachio. Si vero aliter offenderit civem vel

comitatensem pistoriensem qualcaique personaliter vel realiter con-
dempnetur et puniatur pena dupla respectu pene qua
deberet condempnari et puniri civis non talis condictionis
offendens alium civem. Si quis vero offenderet
aliquem civem vel comitatensem pistoriensem personaliter in quacumque
parte mundi et postea talis offendens ad civitatem
et comitatum se conferret possit ei et in eum ius dici
ac si talis offendens dictam personam offensam fecisset
in civitate et comitatu pistoriensi dummodo non possit
iniziare processum contra predictum offendentem nisi ipso
existente in civitate nec possit procedi ad capturam
talis offendentis nisi facta fide et aliquali pro-
batione de malefitio predicto etiam absente parte
sed post capturam dictum malefitium debeat plene
probari. De offendente exbannitum vel condempnatum
existentem vel qui duceretur in fortiam communis. Rubrica. 122

Presenti decreto duximus statuendum quod nemo . Cxxv.
audeat vel presumat offendere exbannitum vel
condempnatum vel malefactorem dum duceretur per familiam
potestatis vel capitanei vel alterius offitialis vel per rectores castri
vel ville vel alterius loci vel baylitores communis pistoriensis
in fortiam communis pistoriensis vel conduceretur ad carcerem communis pistoriensis
vel in ipso carcere. Et si quis offenderit puniatur dupla
pena qua puniri deberet si alium offenderet qui non
esset exbannitus vel condempnatus de illo malefitio vel
quia deberet puniri ille qui offenderet illum qui
non esset malefactor et offenderet eum non in dicto
casu quando duceretur. Sed aliter vel secundum illud maleficium
quod faceret vel perpetraret non obstante aliquo exbanni-
mento de eo facto. Et si aliquis offenderet
aliquem forensem qui adsotiaret aliquem condempnatum
et exbannitum communis pistoriensis vel malefactorem
qui forensis vellet defendere talem exbannitum
et condempnatum vel malefactorem vel qui daret ei
auxilium consilium vel favorem ad penam aliquam
minime teneatur. De manumundolo vel
vagabundo offendente aliquem. Rubrica. 123

Quicumque manumundolus vel vagabundus interfecerit
aliquem civem vel comitatensem vel districtualem · Cxxvi.
pistoriensem in civitate comitatu vel districtu pistoriensi et
capi poterit capite puniatur ita quod moriatur.
Et si aliquis de predictis percusserit ita quod de percussione
sanguis exeat illi pacienti potestas vel capitaneus
vel alii offitiales communis pistoriensis si capi poterit
manum dextram faciant amputari. Si capi non
poterit in pena predicta debeat condempnari. Si autem
homicidium commiserit inter se dictus manumundolus vel
vagabundus vel unus alium percusserit vel aliud deli-
ctum unus contra alium commiserit in civitate vel districtu
pistoriensi puniatur ea pena qua puniretur aliquis pistoriensis
interficiens vel offendens alium pistoriensem in pecunia
vel persona secundum formam statutorum. Ille autem
qui fieri fecerit actus manumundoli seu va-
gabundi homicidium seu percussione seu aliquid

aliud delictum contra aliquem puniatur pena dupla quam deberet solvere aliquis pisanus qui fecisset datum homicidium vel datam percussionem alicui intulisset seu aliud delictum commisisset. Et volumus et ordinamus quod idem sit et censeatur manumudolus et vagabundus.

De capiente et offendente suum hominem et de capiente liberum hominem. Rubrica. 124

CXXVII. Nulli domino sit licitum capere seu capi facere aliquem suum hominem vel vassallum in civitate vel districtu pisano nec offendere in personam nec in civitatem accipere sive membrum aliquod debilitare nec aliquam cognitionem sanguinis habere. Set cognitio et punitio sanguinis spectet ad potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum communis pisani et ad quemlibet eorum. Salvo quod domini possit eorum homines seu vassallos capere si reperti fuissent absentes et se absentasse et hoc cum licentia potestatis vel capitanei vel maioris sindici. Et qui contrafecerit CC libr. den. nomine pene solvere teneatur.

22

CXXV. Et si aliquis dominus aliquem suum hominem vel vassallum ceperit cum licentia potestatis vel capitanei vel maioris sindici eum incontinenti debeat in manibus eorum officialium et tunc de iure cognoscatur inter eos partium pisanam. Possint tamen dicti domini capere eorum homines si ipsi homines aliquem excessum faciunt contra eos vel eorum bona de quo deberent portare penam et potestati vel capitaneo vel maiori sindico vel alteri eorum presentare dummodo domini in captione nullum malum vel detrimentum eis inferant ipsi. Reservetur tamen dominis supradictis quod de bonis et rebus hominum eorum seu vassallorum possint uti sicut sunt soliti. Et de illis absentibus intelligamus dominos uti posse de rebus eorum et eos posse capere si contra eos excessum facerent ut dictum est de quibus domini fuerint in possessione fructuum pensionum vel servitia debita. Et si tales domini suum hominem quem ceperint seu capi fecerint non presentaret potestati vel capitaneo vel maiori sindico ut dictum est ea die qua ceperint vel capi fecerint vel sequenti solvat talis dominus pro qualibet vice et die quo contrafecerit CC libr. den.

Nota. Preterea quicumque cepit vel capi fecerit in alio loco aliquem liberum hominem et eum tenuerit invitum per duas horas sine intrusione in aliquem locum CC libr. den. nomine pene solvere teneatur. Et si eum intrusit vel immiserit in aliquem locum et tenuerit eum invitum per unam horam CCC libr. den. solvere teneatur.

CXXVI. Si vero maiori spatio tenuerit intrusum vel non intrusum maiori pena puniatur arbitrio potestatis vel alterius officialis super hoc cognitionem habentis. Salvo quod predicta non intelligantur in illis qui caperet vel immitteret vel introducerent in aliquem locum suos filios vel filias vel alios descendentes per lineam masculinam vel alium seu aliam de sua familia vel aliquem qui ivisset ad aliquem locum ad adulterandum vel stuprandum vel aliquem qui ivisset causa furandi. Et salvo quod predicta locum non habeant in officialibus forensibus communis pisani ipsis in hospitio existentibus. Salvo etiam semper et reservato eo quod dicitur in capitulo quod loquitur quod potestas et capitaneus et eorum familie seu aliquis de ipsorum familiis non possit aliquem detinere in palatio et in carcere nisi pro maleficio certo cui deberet aut posset tormentari vel personam perdere etc. Si autem in territorio alicuius castri vel ville aliquis caperet liberum hominem et eum tenuerit vel intrusit vel immisit et tenuerit contra formam presentis capituli commune sive universitas illius castri vel ville cuius in territorio talis captus et detemptus intrusus vel immissus esset teneatur infra tertiam diem post captionem et detemptionem vel intrusionem vel immissionem factam domino potestati vel capitaneo vel maiori sindico denuntiare. Quod si non fecerint penam CCC libr. den. debeat sustinere. Et nihilominus de predictis quilibet possit esse accusator. Salvo et reservato quod predicta non intelligantur nec locum habeant in meretricibus et aliis mulieribus male condictionis et fame et in furibus seu latronibus quos aliquis caperet et in fortiam communis pisani duceret quos malefactores quis caperet et duceret secundum formam statuti presentis voluminis.

Et si denuntiatum vel simpliciter expositum seu dictum fuerit potestati vel capitaneo vel alii officiali civitatis pisane vel iudici maleficiorum alicuius eorum et dicti communis quod aliquis detineat seu faciat detineri aliquam liberam personam contra suam voluntatem patris vel matris si patrem vel matrem habuerit et reperti fuerint culpabiles de predictis saltem per publicam famam sue vicinie vel vicinie illius persone que diceretur esse detenta potestas vel capitaneus vel maior sindicus vel iudex cui ut predicitur denuntiatum vel expositum seu dictum fuerit tales sic repertos culpabiles de predictis punire debeat ut homicidam et tamquam homicidium commisissent nisi infra quartam diem a publicatione testium numeranda dictis potestati vel capitaneo vel maiori sindico vel iudici coram quo de predictis questio seu lis fuerit ventillata talis malefactor personam quam diceretur esse detentam repraesentaverit qua repraesentata prefatus dominus potestas vel capitaneus vel maior sindicus vel iudex coram quo fuerit questio seu lis restituat eam pristine libertati et patri vel matri si patrem vel matrem habuerit contradictione aliqua non obstante. Et de predictis possit et debeat inquiri per dictos dominos potestatem et capitaneum et maiorem sindicum et quemlibet eorum et eorum et cuiuslibet eorum iudices maleficiorum publice et secrete ad petitionem cuiuslibet petentis. Et contra talia maleficia committentes et committi facientes tam procedendo et cognoscendo quam etiam puniendo locum habeant et penitus observentur omnia statuta et ordinamenta loquentia de homicidiis et committentibus homicidium et de testibus recipiendis et recipiendis super homicidio non obstantibus aliquibus statutis et ordinamentis specialibus vel generalibus que in contrarium loquerentur et maxime statuto quod loquitur de inquisitionibus. Nec vitietur vel impediatur processus fiendus contra predicta eo quod in inquisitione fienda locus ubi diceretur detenta persona non esset appositus cum talium fiat ut plurimum in occulto. Et si talis malefactor esset pro aliquo alio maleficio exbampnitus capite puniatur ita quod moriatur.

De famulo domini suum offendente. Rubrica. 125

Siquis famulus vel puerus vel satifer alicuius occiderit vel interfecerit dominum suum cum quo moraretur capite puniatur. Si vero CXXVIII.

ipsum percusserit et ex percussione sanguis exiverit sibi
manus dextra debeat amputari. Si vero si ex percuss.
sanguis non exiverit vel aliter ipsum offenderit et
puniatur pena dupla eius quo puniretur si alium
percussisset vel offendisset. **De offendentibus potestatem seu dominum alicuius terre supposite communi perusii datum pro rectore perusii vel eius offitiales. Rubrica. 126**

Cxxviii. Si aliquis de aliqua civitate vel castro vel
habitator alicuius civitatis vel castri que vel
quod esset supposita vel suppositum communi perusii offenderet
dominum potestatem seu dominum vicarium sotium seu militem
vel castellanum vel Capitaneum illius civitatis vel castri
vel alicuius universitatis qui dabitur ei pro communi perusii
vel eius Iudicem vel notarium ipsius ipsis existentibus
in offitio dicte terre vel in sindicatu. vel eundem potestatem
Iudicem vel notarium vel aliquem de predictis superius
nominatis Interfecerit capite puniatur ita quod moriatur
Si autem aliquem eorum percusserit iniuriose et de percussione sanguis exiverit manus dextra patienti debeat
amputari et si habere non poterit eadem pena debeat
exbapniri et condempnari et omnia sua bona deveniant
in communi perusii. Si vero percusserit sine sanguinis effusione cum aliquo genere armorum in CC. librarum denariorum Et
si sine armis in C. librarum denariorum puniatur Si vero
Interfecerit vel aliter offenderit aliquem domicellum
berevarium vel familiarem dicti potestatis capitanei seu
castellani vel domini vel aliorum supradictorum nominatorum puniatur
sicut puniretur pro malefitio quod committeret aliquis perusinus
offendens aliquem perusii secundum formam statutorum. Que
pene vendicent sibi locum in vicariis et sindicis et
potestatibus castrorum et villarum comitatus perusii si offenderint
ab aliquo comitatense illius ville vel castri cuius loci vicarii
vel sindici vel potestas fuerit durante tempore sui offitii
et sindicatus. **De maledictis filiis propos parentes Iniuriantibus. Rubrica. 127**

Cxxx. Cum leges et Iura non solum offensores et
parentum esse filios erubescant sed eis per
filios omnem obedientiam ac reverentiam adhiberi et
precipiant. Statuimus quod si aliquis filius vel alius
descendens tam neque existat quod patrem vel matrem
vel alium ascendentem per lineam masculinam vel
femininam modo aliquo verberaret vel percuteret
vel ei contumelias inferret sine ferro cum sanguinis
effusione vel sine sanguinis effusione non intuenti
ente morte vel membri debilitatione vel mutilatione
de quo simplici et nudo verbo patris vel matris
vel alterius ascendentis offensi credatur tribus annis
extra civitatem vel districtum perusii per potestatem vel
Capitaneum vel maiorem sindicum debeat relegari
seu ad confinia extra civitatem et comitatum perusii
mitti aut per quinquennium in carcere communis perusii
cum compedibus detineatur. Et de altera istarum penarum
imponenda tali filio vel alii descendenti sic delinquenti sit in providentia potestatis vel Capitanei
vel maioris sindici. Et potestas vel Capitaneus
qualitatem personarum et offensam consideret in predictis
et extunc tam crudelis filius vel alius descendens
ab omnibus et hereditate paterna vel alterius ascendentis
offensi privetur adeo quod dicto filio vel descendenti nullus
detur regressus vel recursus ad bona et hereditatem
ascendentis offensi sive sit ascendens per lineam
masculinam sive femininam si talis ascendens
offensus voluerit. Bona vero et Iura filiorum
vel descendentium sic delinquentium castrensia et
quasi castrensia vel de quibus proprietas ad dictos filios
vel alios descendentes pertineret merito tales filii
vel descendentes per lineam masculinam perdant et pleno
Iure ad parentes per lineam masculinam offensam deveniant
Ita quod de eis possit libere testari et alienationes fieri
sicut de aliis suis bonis. Si autem contigerit
aliquo tempore patrem vel matrem vel alium ascendentem
per quamcumque lineam tam indignum filium vel alium
descendentem heredem instituere vel ei aliquid quacumque
titulo legare prout fuerit voluntas testantis. ad que
omnia et singula servanda et executioni mandanda
per suum spetiali vinculo Iuramenti potestas et Capitaneus
et maior sindicus teneantur. Et teneatur durioribus
sententiam promulgare si pater vel mater vel alius
ascendens per quamcumque lineam voluerit. Et de predictis
teneantur facere Inquisitiones singulis mensibus Et si
potestas et Capitaneus et maior sindicus dicta non
facerent et non observarent. C. librarum denariorum pro quolibet eorum
solvere teneantur. Et si filius vel alius descendens
per quamcumque lineam infra prelibatum tempus vel etiam
ante quamcumque penituerit commissorum in patrem vel
alium ascendentem per quamcumque lineam. Et pater
vel mater vel alius ascendens offensus ex quacumque
linea sit cum maxima instantia filio vel alii
descendenti qui fecit offensam petierit indulgentiam
paterna vel materna pietate commotus potestas
et Capitaneus et maior sindicus possit et debeat
in omni casu presentis capituli talem filium vel alium
descendentem restituere et ei possit et debeat veniam
impertiri Et quod Iuxerit vel pronuntiaverit possit
tollere contrario Iuditio Iusta voluntatem parentum
et tunc cessent omnes et singule pene predicte. Quod
totum in hoc capitulo contentum in prudentia potestatis
et Capitanei et maioris sindici et cuiuslibet eorum
debeat remanere. Et predicta vendicent sibi locum
tam in legitimis quam non legitime natis emancipatis
et non et in aliis descendentibus ut supra dictum est.
Insuper statuimus quod potestas et Capitaneus et quilibet
alius offitialis teneantur et debeant sub pena CC.
librarum denariorum ad petitionem parentum vel alterius eorum qui
essent bone vite conditionis et fame capere filios
ipsorum et in carcere ponere et detinere de voluntate
ipsorum et cuiuslibet eorum nec sine voluntate ipsorum
vel alterius eorum debeat relaxari pro emendatione et
correptione ipsorum filiorum non bonam vitam gerentium
dum tamen semper prevaleat voluntas parentis
masculi ascendentis. **De percutientibus parentes non alantur a bonis et emancipentur Invite. Rubrica. 128**

Alium vel nepotem vel alium descendentem C.xxxi.
qui patrem vel matrem vel avum paternum

Vel alios parentes utriusque sexus percusserit uel iniuriam
fecerit uel ei iniuriam faciat a bonis et alimentis
et omni comodo paternis maternis uel auitis Vel
alterius parentis offensi uolumus priuari si offensus uoluit
Cui pater mater uel auus non cogatur uel cogi possit
per potestatem uel Capitaneum uel maiorem sindicum Vel
aliquem alium offitiales comunis pisarum sub pena .C. librarum denariorum
ad prestandum uel dandum dicto filio uel nepoti uel
alii descendenti aliqua alimenta nisi pro ut de ipsius
patris matris uel aui uel alterius parentis offensi processit
uoluntate ¶ Et quod tales filii uel nepotes uel alii
descendentes qui essent in potestate percussi uel offensi
seu iniuriam passi possint cogi per patrem uel auum
uel alium parentem percussum uel aliter iniuria passum
uel offensum emancipari ad uoluntatem patris Vel
aui paterni seu alterius ascendentis habentis in potestate
non obstante si dictus filius uel nepos uel alius descendens
patiens uel aliter offendens noluerit uel non consenserit
emancipari et patria uel auita uel alterius parentis potestate
relaxari . Et potestas et Capitaneus et maior sindicus
et quilibet eorum tales emancipatos admictat ad petitionem
patris uel aui uel alterius parentis passi uel aliter offensi
aliquo non obstante sub pena .C. librarum denariorum pro quolibet
eorum realiter et personaliter cogant tales filios et nepotes et
alios descendentes tales emancipatos recipere . Et
si talis filius uel nepos uel alius descendens
fuerit citatus ex parte potestatis uel capitanei uel ma
ioris sindici semel uel bis et peremptorie ut
ueniat ad recipiendum emancipationem et non uenerit
pro emancipato talis filius uel nepos uel alius descendens
perhibitus habeatur et sit ipso iure .

De uocante aliquem ad aliam curiam quam pisanam . Rubrica . 129

Nemo de ciuitate uel comitatu pisarum audeat
uocare aliquem ciuem uel comitatensem pisarum
ad aliam curiam quam ad curiam secularem pisanam pro aliqua
causa mota uel mouenda nec audeat concedere uel dare
ius alicui ad hoc ut uocet . Contrafacienti potestas
et Capitaneus et maior sindicus auferat pene nomine
.C. Cxxxij. librarum denariorum et quod non audiatur in ciuilibus nec in crimi
nalibus coram aliquo offitiali comunis pisarum ¶ Et insuper
ultra dictam penam faciat banniri . et insuper cogat
eum amplius non procedere ad aliam curiam et renuntiare
liti mote coram alio iudice de qua renuntiatione constare
debeat publicum instrumentum in quibus omnibus si potestas et Capitaneus
et alii offitiales neglexerint de suo eadem pena solue
teneantur ¶ Item si aliquis impotens ad soluendum
uocaret aliquem ciuem uel comitatensem pisanum
ad aliam curiam et aliquis ciuis uel comitatensis et
pisanus daret ei auxilium consilium et fauorem
supradictam penam .C. librarum denariorum debeat sustinere ¶ Item
quod notarius qui scienter scripsit citationem qua aliquis
citaret ad aliam curiam soluere debeat supradictam penam .
Et nichilominus cassetur de matricula notariorum et
consortii . Supradicta pena exceptamus clericos uel
laicos in causis matrimonialibus et usurarum . In exe
cutione legatorum testamentorum ad pias causas et
in spiritualibus causis uel quasi et in benefitialibus ¶ Si
aliqua uero persona de ciuitate uel districtu pisarum

Vel aliunde bona possessiones et res in ciuitate comitatu
uel districtu pisarum traxerit per se uel alium aut iura
cesserit contra formam indulgentiarum concessarum seu pri
uilegiorum concessorum comuni pisarum a summis pontificibus in aliquam
aliam curiam extra districtum pisarum aliquam predictam potestas uel
capitaneus uel alii offitiales comunis pisarum teneantur ei
auferre pene nomine .C. librarum denariorum . Et insuper ipso
iure debeat perdere rem de qua alicui mouerit
questionem ¶ Et si quis alicui ius cesserit de aliqua
re contra alium traheret aliquem extra districtum pisarum
ad aliquam curiam puniatur in .C. librarum denariorum et
omnes res possessiones et bona que et quas habet
in ciuitate comitatu et districtu pisarum . ille qui traxerit
aliquem extra districtum pisarum uel iura cederet
alicui rei occasione aut ad aliquam curiam aliquis
traheret potestas et Capitaneus et alii offitiales comunis
pisarum dari facere teneatur illi qui extractus
fuerit extra districtum pisarum ad aliquam curiam et eum
in possessione ipsorum bonorum et rerum defendere teneatur
¶ Quicumque non traxerit potestatem uel Capitaneum
uel comune pisarum ad aliquam curiam extra districtum
pisarum perdat omnia sua bona et deueniat in comune pisarum
et nichilominus possit impune offendi . Et hoc
capitulum sit precisum ita quod corrigi non ualeat nec
mutari . Et si potestas uel Capitaneus uel alius
offitialis comunis pisarum uel aliquis ex prioribus artium
ciuitatis pisarum proposuerit in consilio quod dictum
capitulum tollatur uel suspendatur quilibet eorum
.C. librarum denariorum soluere teneatur et tantundem qui arengauit
et dixerit consulendo ¶ Statuimus insuper quod
si aliquis exiret extra iurisdictionem comunis pisarum
ad aliquam curiam quacumque occasione per sindicum
expensis comunis pisarum expensis ipsius comunis plenarie
defendatur ¶ Item si aliquis uel aliqui laicus
uel laica subiectus uel non subiectus in ciuilibus in ciui
libus et criminalibus iurisdictioni et curie potestatis
Capitanei et aliorum offitialium predictorum comunis pisarum traxerit
aliquem aliqua occasione ad aliam curiam quam ad aliam
pisanam . si potestatis et Capitanei uel aliorum offitialium
comunis pisarum . potestas et Capitaneus debeat et teneatur mictere
ad confines quos uoluerit siue ponere in pedibus
et tenere quantum uoluerit et consanguineos quos
uoluerit illius uel illorum non subiecti uel non subiectorum
laica uel laicorum extrahentis uel extrahentium aliquem
uel aliquos ad aliam curiam et similiter cogat
laboratores illius uel illorum non subiectorum quod eorum
bona seu de ipsius bonis ulterius non debeat laborare
Et si aliquis uel aliqui predictorum non subiectorum
qui extraxerit uel traxerit ad aliquam curiam
aliquem ut dictum est deberet habere aliquam prouisionem
uel prouisiones . a comuni pisarum per formam statuti ipsi
pisani loquentis de illa materia illam prouisionem
perdere debeat et ipsam a comuni amplius non habere . Et
si potestas et Capitaneus et alii offitiales comunis pisarum

predicta que in dicto capitulo continetur non fecerit et
adhuc faciendum fuerit negligentes quilibet eorum
communi perusii soluere debeat nomine pene V. libr. den.
¶ Preterea quoque decreuimus statuendum quod si quis laicus
non subiectus iurisdictioni communis perusii aliqualiter
et ex quacumque causa ciuili uel criminali predictis aut
annexa citauerit requisiuerit uel traxerit maxime
contra formam priuilegiorum indultorum communi perusii per sanctam
romanam ecclesiam predictam solam citatem aliquem
subiectum iurisdictioni communis perusii ad aliam curiam quam
ad curiam dominorum potestatis et capitanei et suorum
offitialium et aliorum offitialium communis perusii vel
citauerit ex aliqua causa uel potestatem uel Capitaneum
uel aliquem offitialem cuiuslibet predictorum coram aliquo
iudice nisi tantum coram offitialibus communis perusii uel pro-
cessum contra predictos uel aliquem predictorum fecerit nisi
talis citans uel vocans publice processum faciens
contra aliquem suppositum iurisdictioni communis perusii siue
potestatem uel Capitaneum uel aliquem ex offitialibus suis
uel alicuius eorum in publico et generali consilio venerit
infra triduum uel saltem in consilio populi et cum effectu re-
miserit et cassauerit dictum processum siue renuntiauerit
dictis citationibus et requisitionibus factis de predictis et quibuslibet
predictorum quod omnes laboratores et inquilini et coloni
et alii quocumque nomine censeantur stantes uel habitantes
siue habitatores de possessionibus domibus et rebus eorum positis
et sitis in ciuitate et districtu perusii predicta compellantur
ad restitutionem cuiuslibet dampni et extimationis
iniurie quam dictis vocatis voluerit dicere et extimare
proprio iuramento et per quemlibet offitialem ciuitatis perusie
compellantur tamquam si essent obligati ex instrumento confessi-
onato. Et nichilominus per potestatem et capitaneum qui
pro tempore fuerit quilibet laboratorum predictorum et inqui-
linorum et aliorum stantium uel habitantium in possessi-
onibus possessionibus uel rebus predictorum uel alicuius eorum condempnari
debeat pro quolibet capitulo et qualibet vice in X.
libr. den. Et postquam fuerit condempnati dictis condempnatis
omnis conuersio denegetur sicut exbampnitis pro
malefitio et enormi delicto Ita quod possit a quo-
cumque inpune offendi et dictum capitulum sit precisum
in qualibet parte sui ita quod non possit corrigi uel
mutari per aliquod aliud statutum uel per aliquam re-
formationem consiliorum siue rectorum sed sic littera
iacet omni extraneo intellectu remoto in perpetuum
debeat inuiolabiliter obseruari. Et si potestas uel Capitaneus
uel maior sindicus communis perusii dictum capitulum non
obseruauerit integraliter cum effectu in qualibet parte sui
quilibet non obseruans puniatur per qualibet vice in V. libr.
den. communi perusii et ab ipso non obseruante per sindicum
communis perusii de suo salario tempore sui sindicatus exigatur
et sindicus teneatur non obseruantem in predicta quantitate
condempnare et si non condempnauerit eum puniatur
quilibet sindicorum in C. libr. den. et tamquam exbap-
niti donec soluerit dictam quantitatem per eaue possit
inpune a quocumque in persona offendi. Et de predictis
et quolibet predictorum non possit absolui per aliquod
statutum uel aliquam reformationem consiliorum communis
perusii siue congregationem rectorum uel etiam parlamenti

Et si facta fuerit absolutio ipso iure sit nullius
valoris. Et valeat in presentibus pendentibus et futuris
et ex nunc. ¶ Et teneatur Capitaneus et maior
sindicus quolibet die sabbati ut statuatur legi facere
per vnum ex notariis suis et publice bampniri in
scalis palatii per vnum ex bampnitoribus communis perusii.
¶ Et si aliquis laicus extra ciuitatem perusinam in-
querimoniam aliquam posuerit de aliquo perusino
ciuitatis uel comitatus uel districtus perusii in aliqua
causa ciuili uel criminali et redire voluerit et
legitime coram curia perusina infra tertiam diem post
citationem inpune possit redire et causam suam
terminetur coram curia perusii secundum formam iuris ciuilis
et canonica et statutorum populi perusini prescriptione
temporis uel aliquo alio non obstante ¶ Insuper Cxxxuij·
cum multe querele fiant per ciues et comitatenses
perusinos quod sunt quidam clerici et quedam mona-
steria et loca situata in ciuitate et comitatu vel
diocesi perusii qui et que gaudent priuilegiis
exemptionis ut non possint trahi in ciuilibus vel
criminalibus in curiam episcopi perusii et ipsi agendo
habent vias paratas in curia perusii contra ciues et
comitatenses. Ne videatur equum et iustum ut volentes
de eis querelam exponere habeant necesse vagari extra
ciuitatem et districtum perusii et ire ad curiam romanam.
¶ Ideo statuimus et ordinamus quod omnes clerici
uel prelati seu monasteria et loca exempti
et exempta uel non primo renuntient legitime
eorum priuilegio exemptionis si quod habent et
consentiant ut ciuibus perusinis et comitatensibus
secularibus qui agere vellent ciuiliter uel crimi-
naliter contra eos conueniri possint in curia domini
episcopi perusini non obstante eorum priuilegio. Et
nisi hoc faciant quod in curia seculari potestatis
communis perusii eis audientia similiter denegetur
tam in ciuilibus quam in criminalibus contra seculares
predictos et ex nunc cognitionem et iurisdictionem
dictis offitialibus quo ad hoc tollimus et denegamus.
¶ Item quia multotiens accidit quod iniurias faciunt
predicti exempti et de facto spoliant laicos de
possessionibus et bonis ipsorum laicorum uel aliquod
opus faciunt uel destruunt de facto sine aliqua
iuris cognitione et absque licentia uel mandato
curie episcopalis uel secularis perusii et ibi possit
conueniri propter dicta priuilegia ipsorum. Statuimus et
ordinamus quod quatenus aliquid realiter fecerint
de facto si per laicum de facto auferatur seu remo-
ueatur quod per aliquem offitialem communis perusii nullo modo
possit cognosci contra talem laicum. Sed omnis iurisdictio
quo ad hoc censeatur ei sublata non tamen intelligendo
predicta de iniuria personali.

De condempnato pro malefitio conquerente ad aliam
curiam quam perusinam. Rubrica. 130

Condempnatus uel institutus condempnandus Cxxxuj·
pro malefitio aliquo quod fecerit si deposuerit

querimoniam ad aliam curiam quam ad curiam secularem populi vel alius pro .V. libr. den. pene nomine comuni populi soluere teneatur. et si soluere non poterit dictam penam omnia bona que habuit comuni populi publicentur. Et insuper ponatur in perpetuo banno de quo exire non valeat nisi soluerit dictam penam. Et si aliquis dederit auxilium consilium vel fauorem quod ille vadit ad aliam curiam quam ad curiam populi Firmani secularem eandem penam debeat substinere. Et si potestas vel Capitaneus vel maior sindicus eum vel eos non condempnauerit dictam penam de eorum salario comuni populi soluere teneantur.

Contra receptantes exbannitos. Rubrica. 131

Cxxxiiij. Si castrum vel villa aut aliqua specialis persona receptauerit vel retinuerit aliquem condempnatum pro malefitio vel assessinum vel alium qui publicum crimen commisisset occidendo vel percutiendo cum sanguinis effusione vel eis vel alicui eorum daret consilium potestas et Capitaneus et maior sindicus teneantur eis auferre si fuerit castrum CC libr. den. Si fuerit villa vel alius quicumque .C. libr. den. soluere teneatur. Et intelligatur post condempnationem factam de predictis vel aliquo predictorum. Et dictas penas et banna auferre teneantur potestas et Capitaneus et maior sindicus quorum medietas sit comunis et aliam medietatem habeat accusator vel denuntiator. Et quod sindici castrorum et villarum comitatus populi teneantur et debeant tales receptatores denuntiare sicut quod tenentur et debent denuntiare homicidia et percussiones sanguinolentas cum ferro sub pena et ad penam CC. libr. den. pro quolibet sindico cuiuslibet castri Et .C. libr. den. pro quolibet sindico cuiuslibet ville. Et si talis condempnatus receptatus offenderit aliquem in ciuitate vel comitatu occidendo aliquem ciuem vel comitatensem populi Firmani talis receptans puniatur pena .V. libr. den. Si vero aliquem offenderit cum effusione sanguinis vel membri debilitatione vel truncatione vel signo vel cicatrice puniatur pena CCC libr. den. Si vero aliter offenderit cum effusione sanguinis pena CC libr. den. puniatur. Et si aliter offenderit quocumque modo sine sanguinis effusione puniatur pena C libr. den. Et intelligatur esse receptator qui ipsum retinuerit per duas horas de nocte et de die per quatuor horas in domo habitationis sue vel alibi. Et predicta intelligantur quod receptans puniatur penis supradictis pro malefitio commisso a receptato si receptans dicta malefitia vel aliquod ipsorum committeret infra diem receptationis facte de ipso modo predicto. Et in dictis casibus puniatur in supradictis penis vltra penam receptationis. Et potestas et Capitaneus et maior sindicus hoc bannimentum faciant et teneantur saltem semel quolibet mense in die sabbati de receptantibus exbannitos et alios predictos vel aliquem eorum. Et si quem constiterit predicta vel aliquod predictorum fecisse vel facere inuenirent ipsum vel ipsos in quantitatibus supradictis debeant condempnare et condempnationem pro comuni exigere. Et si quis sciuerit retinentem vel receptantem aliquem predictorum potestati et Capitaneo et maiori et sindico debeat assignare. Dummodo predicta non intelligantur in receptantibus exbannitos pro introitu

rei alterius sine licentia domini rei vel pro dapno dato. nec in receptantibus exbannitos qui non inuenit siue inuenerint ad recipiendum preceptum de stando in palatio ad petitionem sui creditoris nec etiam in exbannitis occasione captionis columbarum nec etiam in aliis quibuscumque exbannitis comunis populi in .L. libr. den. vel a .L. libr. den. infra. Ordinamus insuper et volumus penitus obseruari quod condempnati comunis populi pro malefitio sanguinolento videlicet pro homicidio et percussione cum sanguine furto vel robbaria non stent morentur vel receptentur in castro plebis vel eius districtu sub pena castro predicto CC libr. den. Item volumus quod si quis exbannitus vel condempnatus comunis populi pro malefitio habitauerit publice in aliquo castro vel villa comitatus populi sindici castrorum et villarum comitatus et districtus populi teneantur et vniuersitates castri vel ville in quo vel qua habitauerit capere huiusmodi exbannitum et condempnatum et in fortiam comunis populi ducere. Et si predicta non facerent puniatur vniuersitas castri vel ville secundum formam statutorum loquentium de receptatoribus exbannitorum nec excuset vniuersitas castri vel ville a predicta pena eo quod diceret vniuersitatem non deliquisse vel ignorasse talem fuisse exbannitum si eo tempore quo commisit malefitium pro quo fuit condempnatus et exbannitus habitabat in ipso castro vel villa vel eius territorio seu districtu non obstante aliquo statuto vel ordinamento comunis vel populi populi quod in contrarium loqueretur. Et si in aliquo castro vel villa comitatus et districtus populi aliquis exbannitus et condempnatus comunis populi pro malefitio receptaretur et denuntiatum fuerit hominibus castri vel ville vel sindico alicuius castri vel ville quod talem exbannitum et condempnatum debeat presentare in fortiam potestatis vel Capitanei vel maioris sindici comunis populi infra tertiam diem post factam denuntiationem presentare teneantur quod si non fecerint si fuerit castrum puniatur in .C. libr. den. si fuerit villa puniatur in .L. libr. den. Et quod predicta denuntiatio fuerit facta possit probari per instrumentum publicum vel saltem per duos testes. Et nullus cuiuscumque status conditionis siue dignitatis existat audeat vel presumat receptare aliquem condempnatum comunis populi in aliquo fortilitio comitatus vel districtus populi sub pena .V. libr. den. contrafacienti. Et quod sindici castrorum et villarum in quorum districtu dicta fortilitia sita sint teneantur et debeant denuntiare et notificare domino potestati et aliis offitialibus comunis populi tales contrafacientes. Et quod offitialis cui facta fuerit dicta denuntiatio teneatur et debeat precipere et mandare ut de cetero tales condempnatos non debeant in dictis fortilitiis retinere sed potius infra terminum trium dierum debeant ipsos in fortiam comunis populi deducere vel expellere. Et si in predictis forent negligentes tunc potestas et Capitaneus vel maior sindicus sub dicta pena teneantur et debeant mandare et effectualiter facere quod terrenum et possessiones dominorum dictorum fortilitiorum debeant inculta relinquere nec de cetero ipsas cultiuare sub pena .V. libr. den. de facto per dictos offitiales aut aliquem eorum cuilibet laboratori contrafacienti auferenda. Et ad hoc ut nullus de predictis possit pretendere ignorantiam Statuimus

obligatio seu pigneris traditio et alia supradicta
essent penitus non facta. Et quod per recipientem pignus
debeat fieri pigneris restitutio ipsi pignus tradenti
adeius requisitionem pena xxv. libr. den. pro qualibet
uice qua neglexerit restituere cum requisitus fuerit
et per pene solutionem apigneris restitutione
non ualeat liberari ¶ Et predicta omnia et singula in
presenti capitulo contenta non uendicent sibi locum in ludentibus
uel stantibus aduidendum ludum die natiuitatis
domini nostri ihesu christi et die precedenti et sequenti et
noctibus ipsorum dierum. quibus temporibus etiam nulla sit
pena ludentibus uel stantibus aduidendum ludum
dummodo ludant cum taxillis bonis. et rectis et
legalibus. Nec etiam uendicent sibi locum in ludentibus
quocumque tempore adaleas seu tabulas et adcalculos
seu schaccos. Nec etiam qualitercumque luderet pro
aliquo schotto seu uino adcomedendum uel bibendum
in simul ¶ Volumus insuper quod domini potestas et capitaneus
et maior sindicus comunis perusii teneantur et debeant omnia
et singula contenta sub supradicta Rubrica facere bapniri et preco-
nicari in platea comunis perusii in locis consuetis. et per omnes et
singulos burgos dicte ciuitatis quolibet mense in principio
ipsius mensis. de quo bapnimento et preconicatione debeat
apparere publicum instrumentum manu notarii curie
ciuitatis perusii pena C. libr. den. cuilibet ipsorum imminente
si in predictis extiterit negligentes per eorum et cuilibet
eorum sindicatores eis et cuilibet eorum auferenda.

Corectum per Statuta Bl'undini

RRR

8.

De incendiis et incendiariis Rubrica. Clxxxviij.

Siquis studiose incenderit aliquam domum
existentem in ciuitate uel comitatu perusii uel
cappanam in qua cappana aliquis habitaret et familiariter

esset solitus habitare. Et ex hoc ipsa domus vel cappanna
in totum vel pro maiori parte combusta fuerit talis
incendens vel incendium mictens igne crementur
ita quod moriatur. Et si dicta domus vel cappanna
non comburaretur in totum nec pro maiori parte pu
niatur talis incendens in CCC. libr. den. quas
si solvere non poterit infra .x. dies a die late sententie
computandos sibi manus dextra debeat amputari.
Qui vero studiose incenderit cappannam trasan
nam vel alium locum similem in quo nullus habitaret
puniatur in CCC. libr. den. si in totum vel pro maiori
parte dicta trasanna cappanna vel alius locus combusta
vel combustus fuerit. Si vero non in totum vel
pro maiori parte in C. libr. den. quas penas si
solvere non poterit intra x dies a die late sententie
vel saltem a die quo pervenerit in fortiam comunis Perusii
manus dextra sibi debeat amputari. Qui
autem studiose incenderit palearium metam bladi vel
silvam vel aliud simile solvat pene nomine C.
libr. den. Et in omnibus dictis casibus in eadem sententia condap
netur incendens ad emendam dapni omnibus hiis
qui ex tali incendio dapnum pateretur. Et huius
legis auctoritate bona talis incendiarii pro dicto
dapno et ipsius emendatione ipso iure sint obliga
ta talibus dapnum passis. Et ad probationem
extimationis dapni sufficiat iuramentum dapnum
passi cum uno teste de veritate vel duobus de fama
Ad probationem vero plenariam malitii sufficiat
unus testis de veritate cum duobus de fama vel
sex de fama trium vicinorum dicto loco ubi incendium
missum erit. Et intelligantur vicini in comitatu
propinqui intra miliare. Ad torturam vero sufficiat
(?) coniecture predicte unius testis de veritate vel duo
de fama. Et eadem pena puniantur omnes predicta
fieri facientes et in eis omnia predicta intelligantur.

Quod cavalcantes vel invadentes territoria perusina pro rebellibus habeantur. Rubrica

clxxxviii Cum ad prosternendas temerarias pravitates
machinationes et insidias rebellium proditorum et
inimicorum comunis et populi Perusii et aliorum omnium qui terri
toria perusina cotidie invadere solicitus malign
itatibus malluerit committendo homicidia furta rapi
nas robbarias et incendia per eadem et dictis rebel
libus et proditoribus incessanter fervide ab ipsimus (?)
intuitum per subvertendo et turbando statu pacificum
perusinum liberum et tranquillum sit non solum uti
le sed summe necessarium et inevitabili necessitate com
petat eorum ex frenatis pravitatibus remedia ponere sa
lutaria ut penarum formidine ducti similia de
cetero ausu temerario detestabili temptare vel quolibet
committere non presumant. Ideo providimus statu
endum quod omnes illi qui perusina territoria invaderent
vel quolibet cavalcarent seu in eis aliquas offensio
nes facerent fecissent vel fecissent tacite vel expresse
publice vel occulte sive essent cives sive districtua
les vel comitatenses vel forenses cuiuscumque gradus qua
litatis vel conditionis existerent committendo in dictis territo
riis vel comitatu seu districtu Perusii vel in eius finibus
recommendatis vel recommissis dicto comuni Perusii vel in eorum seu
alterius eorum territoriis districtu et comitatu seu in al
teris dictorum locorum ubicumque aliqua homicidia aliqua
furta aliquas robbarias aliqua incendia predas vel
rapinas seu alterum ex premissis maleficiis delictis culpis
criminibus et defectibus cavalcando offendendo invade
do territoria predicta vel aliquod eorum aliquo de die vel de no
cte. Quod statim ipso iure et ipso facto intelligan
tur et sint rebelles et proditores comunis Perusii et pro
rebellibus et proditoribus comunis Perusii reputati et habi
ti quod si essent per formam statutorum et ordinamentorum comunis
Perusii legiptime condempnati. Et quod quilibet rector officialis
seu executor comunis Perusii presens vel futurus cuiuscumque
nis officio nomine censeatur iuxta presentis ordinamenti et statuti
dum teneat ad petitionem cuiuscumque petentis libere liceat
et impune possit teneatur et debeat omnes et singulos com
mictentes et quemlibet eorum. Habita fide de huiusmodi offensa
vel cavalcata seu invasione per duos testes de visu
vel saltim per sex testes de fama vel per quascumque alias
sufficientes vel legiptimas probationes condempnare et punire per
eorum vel alterius eorum sententias et condempnationes pro rebel
libus et proditoribus reddere condempnatos in here et in personis
et omnia et singula eorum et cuiuslibet eorum bona publi
care confiscare incorporare dicto comuni Perusii iuxta statuta et ordina
menta et reformationem comunis Perusii solepnitatibus non
servatis neglectis et pretermissis. Quod omnes supradictas
et eorum quilibet ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc volu
mus penitentes habeatur teneri et reputari pro rebellibus et
proditoribus comunis Perusii et proditoribus et rebellibus in here
et in personis eorum et cuiuslibet eorum per dictos rectores et officiales
vel eorum alterum iuxta et legiptime condempnatos tamquam si sententie
expresse de eis et eorum quolibet pro rebellibus et pro
ditoribus comunis Perusii in here et personis iudicati et
condempnati. Et omnia eorum et cuiuslibet eorum res et bona
comuni Perusii publicata incorporata et confiscata. Et
unicuique possit et eis liceat omnes et singulos offen
dentes et invadentes et cavalcantes districtus et
territoria supradicta et eorum quemlibet deprehendere et
accusare rectoribus et officialibus supradictis et cuiuslibet
eorum et cuius nomen et pronomen sub silentio credentia
et taciturnitate omnimoda tam teneantur. Et ad
hoc ut predicta omnia et singula et eorum quodlibet va
leat et teneat plenissimum habeat roboris firmi
tatem et eorum debitum sortiatur effectum. Volu
mus decernimus et mandamus quod nullus rector et
officialis vel executor vel quicumque alii officiales
magistratum habentes in civitate vel comitatu Perusii
in aliquo sub virtute alicuius iurisdictionis vel arbi
trii ullo umquam tempore sub conditione iniculo. pene exi
gende et auferende ut supra non possit nec debeant
temptet audeat vel presumat contra predicta vel aliquod
predictorum aliquid innovare vel mutare sive aliquo sub
forma in parte vel ad tempus. Et nichilominus predicta
non valeat nec teneat ipso iure set esse intelligantur
et sint ipso facto et ipso iure efficacie valoris alicuius non
obstante. Item quod non sit aliqua persona aliqua
status conditionis preeminentie que audeat vel presumat
uti consilium aut contrahere cum aliquo ex rebellibus comunis
Perusii sic condempnatis ex forma statuti dicti comunis Perusii
supra que sequenda et sequi possent sine suspitione homi

z pacifici status ciuitatis perus. ut ei scribe considerata in qli-
tate plonar. sit participantium. Et quod omnis persona possit ac-
cusare tales sic utentes z participantes uel scribentes pro-
batione facta de huiusmodi participatione per duos testes fidedignos
de uisu cum iuramento accusatoris seu per quatuor testes de fa-
Pena comitantis cum rebellibus ma. Et huiusmodi accusatori teneri debeat credentia. Et
habeat talis accusator a communi perus. L.ta floren. auri pena contrafa-
cienti heris et persone. Item statuimus et ordinamus quod non
sit aliqua uxor uel filia rebellium communis perusii que uendere
permutare et alienare presumant bona sua propria immobilia
in quocumque territorio posita alicui persone sine licentia dominorum
priorum ciuitatis perus. et que contrafecerit sic uendendo uel
alienando ac etiam qui emerit talia bona puniatur pena c.
flor. auri applicandorum camere communis perus. Et emptor perdat
pretium et talia bona deuenire debeant in communi perusii.
Item statuimus quod quecumque persona poneret et micteret in for-
tiam communis perus. aliquem rebellem dicti communis depictum pro
proditore dicti communis habeat et habere debeat de camera con-
seruatorum communis perusii et a dictis conseruatoribus floren. mille
auri et possit rebapnire duos exbapnitos ex alia causa ex-
bapnitionis quam causa et occasione rebellionis et impu-
ne talis possit deferre arma. Ubi uero talem rebellem occideret
habeat a camera conseruatorum V.tos floren. auri facta legitima
probatione de tali morte coram potestate uel capitaneo ciuitatis
perusii et nihilominus talis occidens possit rebapnire duos
exbapnitos et deferre arma ut dictum est. Item statuimus
quod quicumque persona publicaret aliquem tractatum uel conspira-
tionem que fieret in ciuitate comitatu uel districtu perusii
uel in terra recomendata communi predicto contra pacificum statum
habeat et habere debeat a communi predicto uel camera conseruatorum
communis perus. et a dominis conseruatoribus scita prius ueritate dicti
tractatus et conspirationis mille libr. den. et possit rebapnire
duos exbapnitos communis perusii et condepnatos ex alia causa
quam occasione rebellionis et possit impune deferre arma.
Insuper statuimus quod si aliquis ciuis uel comitatensis seu
subiectus z recomendatus communis perusii iuerit ad stipendia seu
prouisiones inimicorum perusii absque licentia saltim duarum partium
dominorum priorum incidat in penam V. libr. den. Et si post factum
bapnimentum per dominos priores in XV. dies a dictis prouisione
z stipendiis non recedat quod ex tunc incidat in penam
heris et persone. Et quod pater uel auus ascendens ex parte
patris teneatur dare et consignare legitimam communi perusii
pro tali delinquente. Et intelligatur legitima secundum formam
iuris communis et habeatur respectus dicti delicti commissi et
ad probandum quod sit ad stipendia z prouisiones inimicorum
communis perusii sufficiant duo testes de ueritate uel sex testes
de fama.

De pena euntium ad monasteria. R.ca

clxxxx: Quoniam inter cetera que spectant ad honestatem
religiosarum monialium est ut a uirorum cetibus
sint omnino remote et monasteria frequentari per laicos
tam lex canonica quam ciuilis prohibet: Statuimus quod de ce-
tero ad monasteria monialium sita in ciuitate burgis
et suburgis perusii nulli liceat accedere sine licentia domini
episcopi perusini uel eius uicarii uel domini potestatis uel ca-
pitanei ciuitatis perusii. Ita quod dictas licentias debeat habere
tempore quo accesserit ad dicta monasteria et alias dicta
licentia eidem non prosit. Et qui contrafecerit puniatur
pena .x. libr. den. cuius pene medietas sit communis perusii
et altera sit officialis qui de predictis penis fecerit executionem.
et quod stetur et credatur relationi notarii talis officialis dicen-
tis se talem laicum reperisse in ecclesiis dictorum monialium
uel ad parlatoria ipsarum mon. Exceptis conuersis et oblatis
et familiaribus et colonis et laboratoribus dictarum mon.
seu bonorum dictorum mon. impune accedere possint dummodo debeat
in principio officii cuilibet officialis nomina et pronomina omnium
predictorum dari debeant uel micti in scriptis per abatissas dictorum
mon. ipsis officialibus et aliter et alio modo impune accedere non
possint. et exceptis uigiliis et festiuitatibus sine indulgentiis
dictarum ecclesiarum dictorum monasteriorum et etiam die ueneris sancti
quibus diebus laicis sit licitum impune ad dicta monasteria
accedere. Et etiam quod in uigilia z festiuitate beate marie
de mense augusti cum octo diebus sequentibus dictum festum
quibus liceat laicis impune ad dicta monasterium accedere
[illegible] Et excepto quando moreretur
aliqua monialis uel soror alicuius monasterii quo casu li-
ceat tempore tempore seppulture et officii funere omnibus
ibidem ire et interesse et excepto in uigilia beati marie
usque ad festum beati herculani cum die sequenti inclusiue
possint sotietates ire tripudiando et alie persone dictis
temporibus accedere ad predicta monasteria impune sine
cuiuscumque licentia. Ita tamen quod in dictis festiuitatibus nec in altera
ipsarum non liceat alicui ad parlatoria mon. uel in alio loco
stare ad loquendum cum dictis monialibus sub dicta pena quam
incurrant quotiens fuerint inuenti et etiam exceptis certis
miserabilibus personis de quarum conditionibus stetur discreptioni
officialis de causa cognoscentis. Et quod cuilibet sit licitum accu-
sare seu denuptiare contrafacientes contra formam huius statuti et
huiusmodi accusatoris uel denuptiatoris nomen sub credentia
teneatur cui accusatori seu denuptiatori credatur cum
duobus testibus de ueritate deponentibus.

De premio dando confinato interficienti rebellem. R.ca clxxxxi

Item ad hoc ut communis perus. rebelles tam presentes quam qui impo-
sterum occasione rebellionis dapnarentur persecutionem
habeant et eorum conculcetur malignitas Statuimus et or-
dinamus quod quicumque confinatus et confinatis communis perusii
uel qui confinarentur in posterum durante tempore suorum confinium
interficeret aliquem ex rebellibus presentibus uel futuris communis perus.
possit z sibi liceat ipso facto redire ad ciuitatem perusii et ipsam
remtrare et ipsi ciuitati intelligatur plenarie restitutus
Et quod sibi liceat et possit rebapnire et rebapniri facere duos
exbapnitos ~~duos exba~~ et condepnatos et alia aliqua causa
quam occasione rebellionis et habeat etiam et habere debeat a
camera conseruatorum communis perusii de auere et pecunia dicti
communis flor. ccc. auri et quod dicti duo per ipsum rebanniendi
intelligantur z sint ipso facto uigore presentis ordinamenti
libere restituti ipsi ciuitati comitatui et districtui perusii.
z liberati et absoluti a quacumque criminali sententia uel processu
lata uel facta contra eos uel alterum eorumdem modo seu
forma et quod officiales armarii librorum communis perusii qui pro tempore
fuerint habita fide legitima de predictis teneantur et de-
beant et eis liceat ~~dictorum~~ talium rebapniendorum z utriusque
ipsorum cassare et annullare z cancellare de eis z quascumque
sententias z processus latas uel factos quomodolibet
contra eos uel alterum eorumdem quauis causa seu forma.
et si aliquis confinatus interficeret aliquem alium con-
finatum eius confinia non seruantem quod ipso facto pos-
sit z sibi liceat redire libere ad ciuitatem perusii.

De premio dando exbapnito uel condepnato interficienti aliquem rebellem. R.ca clxxxxii

Item statuimus quod si aliquis exbapnitus seu exbannitus
uel condepnatus tamen dicti communis interfecerit aliquem rebel-
lem communis perusii quod ipso facto possit z sibi liceat redire
libere ad ciuitatem perusii z sibi liceat rebapnire facere
duos exbapnitos uel condepnatos ex alia causa quam occasione
rebellionis et quod tam ipse quam ipsi duo rebapniendi et per
ipsum nominandi uigore presentis statuti ipso facto intelligantur
esse z sint libere et plenarie restituti ipsi ciuitati et comi-
tatui

et comitatui et districtui perusii et liberi et absoluti a quacumque criminali sententia vel processu lata vel facto contra eos vel aliquem ipsorum quacumque ratione vel forma et quod offitiales librorum communis perusii qui pro tempore fuerint teneantur et debeant eorum et cuiuslibet eorum condepnationes cassare et cancellare ac etiam sententias et processus quoslibet latas vel factos contra eos vel aliquem eorumdem, salvo quod predicta non vendicet sibi locum contra aliquem confinatum qui se a confinibus absentaret et ad aliquem locum pergeret de licentia dominorum Priorum artium vel aliorum officialium communis perusii habentium arbitrium in premissis et circa premissa.

De premio dando cuilibet non exbapnito interficienti vel in fortia communis ducenti aliquem rebellem. Rubrica

clxxxxii. Item statuimus quod quicumque qui non esset condepnatus seu exbannitus communis perusii interficeret seu in fortia communis perusii duceret aliquem rebellem communis perusii presentem vel futurum habeat et habere debeat a camerario conservatorum monete communis perusii de avere dicti communis florenos quingentos et quod possit et sibi liceat rebapnire et rebapniri facere duos exbapnitos vel condepnatos communis perusii seu exbapnitos et condepnatos ex alia causa quam rebellionis et quod auctoritate presentis statuti dicti tales rebanniendi ipso facto intelligantur esse et sint restituti plenarie ipsi civitati comitatui et districtui ipsius et liberi et absoluti a quacumque criminali sententia vel processu contra eos lata vel facto vel alterum eorum quacumque ratione vel forma, et domini offitiales armarii communis perusii vel eorum notarii principales possint teneantur et debeant habita fide legitima de predictis predictorum et utriusque ipsorum cassare et cancellare quascumque sententias omnesque processus contra eos sic rebapniendos vel ipsorum alterum latas vel factos modo aliquo seu forma. Et quacumque de causa.

Quod confinatores in dictis casibus teneantur solvere ut supra. Rubrica

clxxxxiiii. Item statuimus ad hoc ut in communis obsequium et rebellium et condepnatorum communis presentium et futurorum et confinatorum confinia non servatium conflixione operati fuerint in percipiendis premiis per eos expositis ut in ordinibus editis est expressum nullatenus deducantur in longum duximus statuendum quod omnibus et singulis casibus supradictis et quolibet ipsorum in quibus disponitur aliquem debere aliquid percipere a camerario conservatorum communis perusii tam presentis tam qui pro tempore fuerint advenientibus casibus supradictis vel aliquo eorumdem habita fide legitima ab eis qui interficerent aliquem proditorem rebellem seu condepnatum vel confinatum prout superius est expressum in fortia communis perusii ducerent teneantur et debeant de quacumque pecunia et havere dicti communis ad eorum manus perventa vel pervenienda dare et solvere illi vel illis qui talia facerent vel aliquid ipsorum prout in capitulis superius est expressum statutum predictorum quantitates florenorum supra declaratas et prout quemadmodum supra est seriosius declaratum. Alio aliquo precepto vel mandato aliquo non obstante.

De fideiussoribus prestandis per confinatos. Rubrica.

clxxxxv. Item ad hoc ut confinati sub severa communis perusii obedientia perseverent statuimus et ordinamus quod omnes et singuli confinati et etiam qui confinabuntur in posterum causa et occaxione status teneantur et debeant infra unum mensem a die assignationis confinium ipsius faciende per offitiales communis perusii ad predicta confinia deputatos fideiubere et fideiussores ydoneos prestare et dari facere coram dominis Prioribus Artium Civitatis perusii de observatione confinium eorumdem et quod observabunt et obedient confinia eis assignata per dictos officiales. Et quod dicte fideiussiones recipiantur et recipi et admicti debeant per dictos dominos priores secundum et prout discretioni dictorum dominorum Priorum videbitur convenire considerata qualitate et conditione debentium prestare fideiussores et considerata conditione fideiubentium pro eisdem confinatis vel aliquo ipsorum.

Quod non servantes confinia habeantur pro rebellibus communis perusii. Rubrica. clxxxxvi

Item statuimus quod siquis confinatus non servaverit confinia eis assignata per eos ad quos pertinet assignare quod habeantur pro rebellibus communis perusii. hoc tamen non intelligatur quando locus assignatus pro confinibus mutaretur et alius locus assignaretur per priores et camerarium. Volumus tamen quod si talis confinatus a die qua ruperit confinia redierit ad locum sibi pro confinibus assignatum infra decem dies computandos a die dicta qua ruperit ipsa confinia quod tunc non habeatur pro rebelle communis perusii sed remaneat et sit ut tamquam confinatus.

De presentatione confinatorum et de fide facienda Cancellario Communis perusii de duobus mensibus in duos menses. Rubrica clxxxxvii

Item statuimus quod confinati teneantur et debeant die qualibet una vice durante tempore eorum confinium se representare coram rectore illius civitatis terre vel loci in quo vel in qua eis vel alicui ipsorum fuerint assignata confinia prout est moris et de representatione confici facere publicum instrumentum et de duobus mensibus in duos menses teneantur et debeant mictere cancellario communis perusii instrumenta representationum eorum et cuiuslibet ipsorum alias intelligantur rupisse confinia qui predicta non fecerint ut supra est expressum.

Quod potestas et capitaneus debeant et teneantur inquirere et punire confinatos non servantes confinia. Rubrica. clxxxxviii

Item quia inhobedientes debent penitentiam reportare ut per eorum exempla alii in obedientia perseveret duximus statuendum quod domini potestas et capitaneus populi civitatis perusii et quilibet ipsorum tempore eorum offitii ad minus semel teneantur et debeant inquirere et solepnem inquisitionem facere contra omnes et singulos confinatos confinia non servantes et repertum vel repertos culpabiles non servantem confinia ut supra est expressum teneantur et debeant condepnare pro rebellibus dicti communis seu rebelle et bona talis seu talium confiscare et publicari communi perusii habita tamen fide et probatione a fidedignis et veridicis personis ad minus per duos de publica voce et fama deponentes. Et quod potestas et capitaneus qui pro tempore fuerint et quilibet ipsorum si in premissis fuerit negligentes vel remissi incidant in penam V^c florenorum de auro pro quolibet et qualibet vice de eorum et cuiuslibet ipsorum salario retinendorum et quod de predictis debeant specialiter sindicari per eorum sindicatores et repertos negligentes dicti sindicatores teneantur et debeant condepnare pena simili a dictis sindicatoribus eorumdem si negligentes fuerint auferenda

De notificatione condepnandorum in posterum pro rebellibus Cancellario per potestatem et capitaneum facienda. Rubrica. clxxxxviiii.

Item quod in statutum dictus dominus potestas et capitaneus vel alter eorum in posterum pro rebelle aliquem condepnaret statuimus quod ipsi et quilibet ipsorum teneantur et debeant notificari facere Cancellario communis perusii illum vel illos quem vel quos pro rebellibus condepnaverint die late sententie sub pena .c. florenorum auri cuilibet contrafacienti de quo ut superius est expressum debeat

specialiter sindicari. Et quod cancellarius communis Pe-
rusii teneatur et debeat tales sic condepnatos ponere
et describere in libro aliorum rebellium dicti communis
ut in cancellaria omnibus patefiat.

Quod eligantur continuo tres cives circa persecutiones rebellium. R(ubri)ca.

cc. Item ad hoc ut ad persecutionem rebellium tam presentium
quam futurorum dicti communis pro salute reipublice ut expedit
continue attendatur. Statuimus et ordinamus quod per dominos priores
et camerarios qui pro tempore fuerint in sextum insacculati non
essent deputari et intelligi tres cives perusinos pro et circa
persecutionem rebellium dicti communis tam presentium quam futurorum
quorum officium duret et durare debeat uno anno et quod de anno
in annum tales officiales debeant deputari et eligi per dictos
dominos priores ad dictum officium persecutionis rebellium. Si
vero essent insacculati debeant extrahi et publicari et finita
insacculatione insacculatorum debeant alii insacculari ita
quod semper sint et esse debeant tres cives et officiales circa perse-
cutionem rebellium dicti communis et occaxione rebellionis dapp-
natorum vel in posterum dapnandorum et quod dicti tres cives
et officiales sic eligendi vel publicandi de saccculis vigore et
auctoritate presentis statuti habeat et habere intelligantur ple-
num arbitrium auctoritatem potestatem et bailiam dumtaxat
per et circa persecutiones rebellium dicti communis presentium et futu-
rorum et omnium et singulorum condepnatorum vel condepnandorum
in posterum occaxione rebellionis quod seu quam dicti
domini priores et camerarii singulariter vel insimul vel divisim
habent seu habere quomodolibet dignoscuntur seu supra et
prosequutione rebellium ab adunantia generali seu maiori
consilio artium et artificum dicte civitatis.

Quod debeat fieri unus liber in cancellaria de dictis statutis. R(ubri)ca.

cci. Item ut dicta statuta sint cunctis videre volentibus con-
tinue manifesta statuimus quod de omnibus et singulis
statutis predictis fiat et fieri debeat unus liber in cartis
pecudinis sub asidibus ligatis qui vocetur et vocari de-
beat liber condepnatorum occasione rebellionis et quod in dicto
libro describantur et describi debeant omnes et singuli re-
belles dicti communis et condepnati occaxione cuiuscumque re-
bellionis et etiam quod in posterum efficiantur rebelles
seu condepnabuntur occaxione predicta et etiam descri-
bantur et describi debeant omnes et singuli confinati
dicti communis et fideiussiones prestande per confinatos predictos
qui liber stet et stare debeat in cancellaria communis Perusii
ut omnibus patefiat et quod scribatur et scribi debeat per
presentem cancellarium vel coadiutorem.

Quod bona rebellium debeant remanere inculta. R(ubri)ca.

ccii. Item statuimus et ordinamus quod omnia et singula bona tam
mobilia quam inmobilia rebellium communis Perusii et exbap-
nitorum et condepnatorum causa et occaxione rebellionis
per sententiam iuris vel hominis et et bona confinatorum non servan-
tium confinia eisdem assignata sint et esse intelligantur
confiscata et publicata communi Perusii et talia bona debeant re-
manere inculta et per neminem debeant coli vel laborari.
et quod talia bona non possint nec debeant vendi nec alienari
quocumque titulo in aliquam personam per aliquos officiales
communis Perusii nec copturmari nec eorum fructus redditus et
proventus vendi per dictos officiales alicui seu aliquibus personis
et si secus factum fuerit venditio non valeat nec alienatio
vel concessio ad copturmum et venditio dictorum fructuum
ipso iure sint nullius momenti pena dictis officialibus
contrafacientibus V^c libr. den. eis auferendarum per maiorem
sindicum communis Perusii et quod simili pena puniantur emen-
tes

vel laborantes dicta bona seu recipientes dicta bona ad cop-
turmum seu ementes fructus redditus et proventus dictorum
bonorum. Et predicta non habeant locum in bonis dictorum
rebellium et exbapnitorum occaxione status que assignata
essent vel assignarentur creditoribus ipsorum vel aliis iuste
et legitime possidentibus per sententiam vel adiudicationem factam
vel fiendam pro aliquo vero credito.

Quod massarii communis Perusii sint officiales bonorum rebellium. R(ubri)ca.

cciii. Statuimus et ordinamus quod de cetero massarii
communis Perusii qui pro tempore erunt sint et
esse intelligantur auctoritate presentis legis et decreti
officiales rebellium videlicet bonorum et aliorum exbapnitorum
et condepnatorum. Et habeant iurisdictionem potestatem
et cognitionem videndi cognoscendi et per sententiam termi-
nandi sumarie et de plano sine strepitu et figura iu-
dicii veritate inspecta omnia iura quolibet que aliquis
intemptaret vel proponeret se debere consequi vel re-
cipere in et super bonis ipsorum rebellium et ex causa predicta
possint dationes bonorum in solutum et adiudicationes
facere prout viderint de iure convenire que sententie et
precepta et adiudicationes et omnia in predictis et quolibet
predictorum per dictos massarios facta pronumptiata et decla-
rata plenam obtineant roboris firmitatem auctoritate presentis
statuti aliquo non obstante.

Bellum

Presens volumen Statutorum de pecunia co(mun)is p(er)usij fuit emptum et i(n) Cancellaria dicti Co(mun)is ad eius usum positum p(er) me Stephanum Guarnerium Auximanum Anno d(omi)ni Millesimo quadringentesimo sexage(si)mo septimo die XXV m(en)sis Aprilis In cuius rei fidem hic mea propria manu subscripsi.

Stephanus Guarneri(us) Cancell(arius) p(er)usinus s(ub)s(cripsi)t

[illegible] iii [illegible]

Statuta Sancti Bernardini.

Cupiditatis atra vorago sic mortaliū mentes obtusit
q̄ domos dyabolo dedicarunt et in eisdem altaria
erexerunt. parauerunt enim domos et tabuleria
ad ludendum cū taxillis. Sic etiam ad ludendū cum
naybis. Et ibidem dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i et gloṡe virginis marie
et om̄ium sanctorum nomē assidue maledicitur. Unde sicut in
ecclesijs et Altaribus deo dedicatis benedicitur assidue nomē
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i sic in talib; domibus et altarib; dyabolo de
dicatis dyaboli nomen frequentissime inuocatur. Et nomen
gloṡum ih̄u xp̄i saluatoris nr̄i gloṡeq; uirginis marie et om̄ium
sc̄orum nomen maledicitur ex quo ira dei et merito uenit ī
pp̄lo xp̄iano ꝓpter quam terremotus pestilentie fames Guer
re Scismata scandala infinita creuerunt in pp̄lo xp̄iano
quem altissimus nō quidē auro uel argento sed carne et sanguine
cū durissima passione filij sui dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i redemit. Qui
pietate motus nouissime misit seruū suū fratrē Bernardinū
de Senis ordinis frm̄ minorum vt diuinis monitionib; p̄dica
do pp̄lm qui ambulabat in tenebris reduceret in Lucem
ueram: Gratiaq; dei sic diffusa est in labijs hui⁹ a deo missi q
pp̄lz perusinum ad uitia extirpanda disposuit et ipm̄ ad via
salutis mira exhortatione perduxit. Ideo Spectabiles viri.

qui nūc sanctorum cathalogo asc̄ptus Sanctus Bernardinus vocatur [illegible] est

s. Baldus Mathei	]	priores artiū Ciuitatis perusij
s. Guidus pauli		Mandato R^mi in xp̄o p. et do.
s. Angelus Andruccioli		A. Ep̄i portuen̄ tūc Legati de latē
s. Jacobus Ciutij		in Ciuitate p[er]usij inherendo doc
s. Nicolaus Alberguti		trinis eiusdem venerabilis serui
s. Vexuitionus Boccij		ih̄u xp̄i. Uolentes extirpare hor
s. Azius Celloli		renda vitia q̄ creuerūt ī pp̄lo pe
s. Americus anghi		rusino. vz. vitiū maledicendi
s. Xp̄oforus petri tauoli et		dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m ac nomen
s. Gilibertus Bartholomei	—)	gloṡe virginis marie et sc̄orum dei

et dicendi blasphema verba et
detestabilia sacramenta ac Ludum taxillorum et naybor[um] sce
leratissimasq; Luxurias nature cōtrarias penitus euitare. ꝓp
terius sceleratissime Luxurie nepharios actus iam deus ira cō

motus Ciuitates cohabitantibus sulphure et igne consumpsit. Vt sacrarum scripturarum testimonio comprobatur. Sacrilegosque coitus cum Monialibus fugare. vsurariamque prauitatem nature et deo horrendam de Ciuitate et Comitatu perusij penitus abradicare. dyabolicaque prelia antiquissimo abusu maligna instigatione inducta in Ciuitate perusij penitus tollere. Et omnes alias abusiones per quas deus prouocatur ad iram et homines ad paupertatem deducuntur. Ad dicta vitia tollenda leges condiderunt. Que cum viderent in aliquibus rigorose et graui austeritate in obseruatione fore impossibiles viderentur obseruatore difficiles. Nos petrus dei et apostolice sedis gratia Archiepiscopus Creten in Ciuitate perusij pro Sanctissimo domino nostro domino Martino diuina prouidentia pape v.to et Sancte Romane ecclesie Gubernator cum plena potestate Legati de latere. Cupientes ex ipsis legibus detrahere quicquid earum obseruationi possit uisibiliter obuiare. Vt sic nullus deinceps sinister interpres quod antea salubriter erat institutum per exquisitas vias obliterare conetur habita super hoc cum nonnullis iurisperitis matura deliberatione rigorem illum curauimus mitigare et quedam ex ipsis superflua resecare. Emendatas itaque leges tradimus quas inuiolabiliter precipimus obseruari. et pro faciliori doctrina eas sub congruis rubricis collocari. vt infra patet his scriptis.

Quod nullus retineat ludum vel patiatur ludi. vel quod aliquis ludat in sua domo. vel alijs suis locis ad tabulas nec ad aliquem alium ludum taxillorum nec ad naybos. capitulum primum.

Nos petrus dei et Apostolice sedis gratia Archiepiscopus Creten in Ciuitate perusij pro Sanctissimo domino nostro domino Martino diuina prouidentia pape v.to et sancte Romane ecclesie Gubernator etc.

Ad extirpandum vitium dyabolicum quod Ludus taxillorum et etiam ludus nayborum vulgariter nuncupatur Inherendo doctrine fratris Bernardini de Senis ordinis minorum humilis serui ihesu christi et cupientes dicta vitia

extirpare de p̄plo peruſino hac de(cetero) amabili lege fauente dn̄o
nr̄o ih̄u xp̄o ꝑpetuo ualitura.

5 Statuimus et ordinamus. Q(uod) decetero nullus audeat
retinere aut pati q(uod) ludatur ad ludu(m) taxillor(um) cum
tabulis uel ſine tabulis nec ad ludu(m) naybor(um) i(n) Ci
uitate aut burgis uel ſuburgis aut in Comitatu ꝑuſ(ij) in
domo uel Campāna Clauſtro uel Lodia ꝓpria uel cōducta
uel cōmodata ſeu ꝓcario uel alio titulo cōceſſa. aut i(n) qua
quouis titulo aut ſine titulo h(ab)itaret. aut in qua retineret
per ſe uel alium hoſpitium uel tabernā nec ante ip(su)m hoſpitiū
uel tabernā. Aut in fundo ſeu Campo uel orto uel vinea ſuo
uel ſua. ſiue quē aut qua(m) coleret uel laboraret. aut ad labo
ratiu(m) teneret. nec in Apotheca uel fundico in qua uel quo
artem ſuā aliquā ſeu Mercantiā exerceret nec in bancis quas tene
ret ſeu quibus vteret(ur) ad ſedendū vel pro exercitio mercātie
uel Cambij uel alterius artis iuxta ip(s)am Apothecā uel fundi
cum. Et qui contrafecerit pro qualibet uice in .L. libris den(ariorum)
Camere Maſſarior(um) Cōis ꝑuſ(ij) ſoluendor(um) cōdēpnet(ur) per d(omi)n(u)m
poteſtatē Ciuitatis ꝑuſ(ij) uel aliū officiale(m) qui cont(ra) tales de
linquentes iuriſdictionē aut cognitionē h(ab)ret. Et d(i)c(tu)s d(omi)n(u)s
poteſtas uel alius officialis h(ab)eat a Maſſarijs Cōis ꝑuſ(ij) abſq(ue)
alio ꝓcepto uel man(da)to medietatē d(i)c(t)e pene quā uenire fecerit
in Cōi. Si per inuentionē ſuā uel ſuor(um) offitialium talis con
trafaciens fuerit repertus. Si u(er)o alius accuſauerit h(ab)eat
a d(i)c(t)is Maſſarijs d(omi)n(u)s poteſtas tertiā p(ar)te(m) eius q(uo)d uenire fe
cerit in Cōi. et aliam tertiā p(ar)tem h(ab)eat accuſator. Et inhe
rendo ueteri ſtatuto de materia loquenti Statuimus q(uod) tal(is)
domus debeat diſcooperiri. et diſco(o)pta ſtare debeat p(er) ānu(m)
nec redimi poſſit aliquo ꝓcio. Et ſi poteſtas uel alius of
ficialis qui de maleficio cognouerit neglexerit ip(s)am diſcop(er)iri
facere puniatur t(em)p(o)r(e) ſui Sindicatus in .L. libr(is) den(ariorum) que
pena retineri debeat p(er) Conſeruatores monete Ciuitatis
ꝑuſ(ij) de ipius ſalario. Et inſup(er) talis qui ſic ludū tenu
erit vel paſſus fuerit q(uod) ludatur in aliquo locor(um) ſupſcriptor(um)
cont(ra) hanc nr̄am prohibitionē ꝑpetuo ſit infamis infamia
iuris et f(ac)ti auc(tori)tate p(rese)ntis legis. Et ſi quis ita deditus fuit
in profundu(m) malor(um) q(uod) bis fuit cōdēnatus uel punitus de
tali retentione ludi vel q(uod) paſſus fuit bis ut s(upra). Aut etiā

forte non eſſet condenatus ſed ob dictam cauſam ante codena
tionem penam predictam ſoluerit Maſſarijs Comunis Perusii non ſo
lum perpetuo ſit infamis ſed etiam ſibi ius non reddatur in
Ciuili uel Criminali. Et ſtatim per Camerarium et Notari
um artis in qua eſſet matriculatus debeat caſſari et cancel
lari de Matricula artis in qua eſſet deſcriptus. Et in illa
uel aliqua alia alicuius artis numquam poſſit deſcribi. Et ad
nullum officium Ciuitatis poſſit eligi uel admitti uel illud
exercere in Ciuitate uel Comitatu Perusii. Volumus inſuper
quod quilibet poſſit eſſe accuſator uel denunciator et eius nomen
teneatur ſub ſilentio. et habeat a Maſſarijs Comunis Perusii tertiam
partem dicte condemnationis dummodo probetur denunciatio
ſeu accuſatio per duos teſtes fidedignos de viſu. Et inſuper
volumus quod poteſtas et quicumque alius officialis Ciuitatis
Perusii qui nunc uel in futurum cognitionem habebit de predictis de
beat rimari facere per ſuos officiales et familiares per Ci
uitatem burgos et ſuburgos Perusii pro ludentibus et ludum
retinentibus et etiam poſſit licite et impune domos intrare
ubi crederent ludentes ſtare ad ludendum. Et quos inuene
rint publice ducere teneantur et debeant ad eorum palacium.
Et ab eis fideiuſſores non recipiant niſi poſtquam eos ad pa
lacium duxerint. et eos condepnent. Et poſtquam fuerint con
denati eos ad ſoluendum compellant. Volumus inſuper
quod ut contrafacientes huic nostre legi facilius denuncientur
domino poteſtati vel alteri officiali cognitionem habenti firmum
remaneat ſtatutum vetus poſitum in tertio libro ſtatutorum
Comunis Perusii in capitulo. clxxxvij

De blaſſemantibus uel Maledicentibus deum et Sanctos. ij

Quoniam intollerabilium ſcelerantia peccatorum pertinen[a]
diuine pietatis attediat et obſtinata uitiorum ma
lignitas Iuſtitia prouocat ad uindictam ne propter
blaſphemias et maledictiones et Iuramenta inhoneſte et
irreuerenter facta quibus homines creatorem ſuum per mebra

humanitatis dilacerant Statuimus et ordinamus. Q quicumque
tante iniquitatis et ſuperbie et tam nequam extiterit quod dominum
deum nostrum ſub quocumque nomine trium perſonarum vel eius matrem
uirginem mariam vel ſanctos uel ſanctas dei quoſcumque maledixerit.
Si maledixerit deum uel dicendo Maladetto ſia dio. uel mat
teſia dio. vel dixerit ſconfitto ſia dio vel dixerit io neſo le
fiche a dio. uel dixerit io nepiſſo a dio vel ſilia aut equipollen
tia uerba hoc ſtatuto uerbis non expreſſa dixerit contra deum aut
contra dominum nostrum ihesum xpistum ſeu contra nomen de quo per apostolum ſcriptum
eſt quod omne genu flectatur. vel dixerit hoc uel ſimilia uerba,
aut equipollentia contra uirginem mariam. Uel iurauerit per
aliquod membrum uituperoſum vel aliquem locum inhoneſtum cor
porum predictorum uel alicuius eorum puniatur in .x. libr. den. Et
quod etiam talis qui fuerit condempnatus in cauſis ſuis ciuilibus
agendo uel officium iudicis quolibet implorando non audiatur
in aliqua curia per tempus Sex menſium a tempore dicte condempnationis
computandorum niſi altera parte inſtante. Et quod predicta et eorum
executionem poteſtas et Capitaneus et quilibet alius officialis
qui in predictis iurisdictionem habet facere teneatur infra .x.
dies ſine aliquo alio proceſſu poſtquam de predictis notitiam ha
buerit modo et ordine infraſcripto ſub pena .C. libr. den.
de ſuo ſalario retinendarum tempore ſui Sindicatus. Et predicta
Locum habeant in hiis qui ſemel tantum predicta uel aliquod predictorum
commiſerint. Si vero quis ſecunda uice aliquod predictorum com
miſerit dupli pena puniatur ſi condempnatus fuit de prima
uice uel ſoluerit dictam penam. et etiam non audiatur in ciuilibus
uel criminalibus per annum etiam ſi iudicis officium impetrare
uellet. Si autem tertia uice peccauerit et ſoluerit de duabus
primis uicibus uel fuerit condempnatus de ipsis tripli pena
puniatur intelligendo quod dupliciter uel tripliciter illud primum
ſimplum et etiam tempus quo durante non debet audiri ut supra dictum
eſt. Et ſic omni uice ſeruetur. Si quis iurauerit per alia mem
bra uel viſcera uel interiora dei uel ſue matris virginis
marie vel dixerit a deſpetto uel adonta de dio vel dicte
uirginis marie ſeu dixerit delame ſia dio puniatur pro
qualibet uice in .v. libr. den. Si quis vero Iurauerit per mor
tem uel clauos uel oſſa predictorum uel alicuius eorum ſoluat pene nomine

.iij. libr̄ den̄ uice qualibꝫ. Si autē aliquis maledixerit uel
dixerit mattesia aliquē ex sc̄is suis uel iurauerit p aliqͣ
membra uel loca inhonesta corpoꝝ alicui⁹ ex sc̄is ꝑnomi-
natis puniatur in .v. libr̄ den̄. Si autē quis iurauerit per
mortē uel ossa uiscera uel aliquod ex interioribꝫ deoꝝ scōꝝ
uel alicuius eoꝝ puniat̄ pena .xxx. solidoꝝ uice qualibꝫ.
Et eodē mō in quolibꝫ p̄dcōꝝ duplicet̄ et triplicet̄ pena
prout s̄ dictū est de blasphemantib; deū et b̄tā̄ uirginē
mariam. Si quis autē iurauerit uel dixerit per deū uel
uirginē mariam uel aliquē ex sc̄is suis uel ad sc̄a dei euāgͣe.
nullatenus puniat̄. Et q officiales p̄dc̄i qui de p̄dictis
penis effectualiter executionē fecerint de omī eo qđ uenire
fecerint in Coī ex cau̇s supͣdc̄is heant tertiā ptē a Massarijs
Coīs pus sine alio precepto uel mand͞to. Si autē in predc̄is
uel aliquo predcōꝝ p̄dc̄i offāles ad quos executionē p̄dcōꝝ
dinoscitur pertinere fuerint negligentes incidant ī penā
.C. libr̄ den̄. pro uice qualib; de quib; exp̄sse debeant
sindicari.

De pena Ludentiū uel stantiū ad uidendū ludū uetitū p
statuta p̄ntis uoluminis.

Tatuimus insuper Q nullus audeat ludere uel
stare ad uidendū ludentes ad tabulas uel ad ali
quē aliū ludū taxilloꝝ uel ad naybos sub pena
.x. libr̄ den̄ pro qualibꝫ uice. Et hoc si de die luserit uel
ad uidendū ludū steterit. Si uero Luserit uel steterit
ad uidendū de nocte pena duplicetur. Et hoc si extra
plateam Coīs pusij luserit uel steterit ad uidendū. Si uo
Luserit uel steterit ad uidendū in platea uel ꝓpe pla
team p .xx. passus uel in aliqua domo ꝓpe plateam p
qͣtuor domos siquidē de nocte .xv. libr̄. den̄. pena puniat̄
Si uo de die .xij. libr̄ den̄ penā debeat subire ac sustinē.
Si uo in ecc̄a uel Cimiterio uel trasancta seu claustro

ipsius ecclie de die luserit contra hanc presentem prohibitionem
ad aliquem ludum in presenti statuto prohibitum .xxv. libr. den.
penam irremissibiliter ipso facto incurrat. Si vero de nocte tunc
penam .L. libr. den. subeat et sustineat ac ipso facto incurrat.
Et potestas vel alius officialis forensis qui de predictis cognoverit
habeat sine alio precepto a massariis comunis perusii medietatem
dictarum penarum quas fecerit venire in comuni. Et predicte
prohibitiones et penarum obiectiones locum habeant si contraventum
fuerit aliis temporibus quam in vigilia aut in festo nativitatis
domini nostri ihesu christi vel in tribus diebus vel aliquo ipsorum festi
nativitatis predicte et octo diebus sequentibus dictos tres dies vel
in aliquo ipsorum octo dierum vel in septimana sancta vel in tribus
diebus paschatis resurrectionis domini nostri ihesu christi vel aliqua
die octo dierum sequentium dictos tres dies vel pentacostes
in quibus temporibus vel si in aliquo dictorum temporum commissum fuerit
contrafaciens penam dupli subire debeat singula singulis
supradictis congrue referendo. Si quis autem de cetero lusit
ad pilam seu palam in muris seu edificiis alicuius ecclesie aut
in ecclesia aut in claustro vel cimiteriis alicuius ecclesie solvat
nomine pene pro vice qualibet .v. libr. den. camere massariorum comunis
perusii applicandas. Et ab eodem de facto dicta pena exigatur
per dominum potestatem vel alium officialem forensem iurisdictionem
vel cognitionem habentem in civitate perusii. Et officialis qui dictam
penam venire fecerit in comuni a tali sic ludente ad ipsam
pallam in aliquo ex locis supradictis medietatem dicte pene
a massariis comunis perusii sine aliquo precepto penitus habere debeat
et consequatur. Adicientes huic statuto penas statutas et
ordinatas contra mittentes taxillos falsos vel mispunctos
vel plumbatos vel aliter falsificatos in suo robore permanere
prout in aliis statutis comunis perusii de hac materia loquentibus
plenius continetur. Declarantes tamen predicta de ludo tabularum
et nayborum locum non habere si quis in domo sue habitationis non
accersitis extraneis set inter domesticos domus vel etiam consanguineos
causa solatii tantum luderet ad tabulas vel ad naybos
absque pecuniis vel posito pro quolibet ludo uno bonodino
tantum.

De pena faciētiū taxillos uel naybos tabuleria uel tabulas in Ciuitate uel Comitatu pusij. 4

Uia Ludus taxillorum et nayborum fieri non poſſet n(isi) fierent taxilli uel naybi. Volumus et ſtatuimus q(uod) in Ciuitate uel Comitatu pusij nullus audeat facere taxillos uel naybos, tabuleria uel tabulas ſub pena xxv. libr(arum) den(ariorum) Maſſarijs co(mmun)is pusij perſoluenda. Et qui i(n)deinceps taxillos fecerit ultra dictā penā ꝓpetuo ſit īfamis et nō audiatur in Ciuili cā uel criminali. nec poſſit iudicas officium impetrare uel petere nec d(omi)n(u)s potestas uel alius officialis poſſit aliquo mō ſuū officiū exercere ī fauorem uel defenſionē tal(is) facientis taxillos. ſed c(on)tra ad id o(mn)is iurisdictio intelligat(ur) ſibi adepta.

De pena cōmodantis uel quouis mō concedentis taxillos uel naybos aut tabulerium uel banchum uel banchā uel tabulam. 5

Statuimus q(uod) nullus accōmodet ut ludat uel volentibus ludere taxillos uel naybos (uel aliquod Tabulerium aptum ad ludendum ad tabulas uel aliquē ludum taxillorum, nec accōmodet banchum uel bancham uel tabulerium ut ſup(er) ipō tabulerio uel bancha ludatur ad taxillos uel naibos pub(li)ce uel occulte, niſi quatenus declaratum ē in fine c. ſub Rubrica de pena ludentium &c. et qui contra fecerit puniatur pena v. libr(arum) den(ariorum) pro uice qualibet. Et poſſit tal(is) cōtrafaciens a quolibet accuſari et teneatur ſibi creden(tia) et ī ſecreto et habeat et hr̄e debeat dimidiam p(ar)tē pene q(ue) ſoluta fuerit. Et poſſit quilibet impune et licite accipe et frangere huiuſmodi tabulerium et banchum ſiue bancham et taxillos ſiue naibos

aliquo non obſtante. Et dcā tabulerıa cōburant̄ ī platea
cōis puſiı per officialē ad cui᷒ curiā tal' accūſatio uel denūtia᷒
ſeu alicui᷒ predcōꝝ cognitio fuerit deducta.

De pena tenentis taxillos uel naybos uel Tabulas — 6

5 Tatuimus et ordinamus. Q̄ nullus Merciarius
ſiue Mercator uel alia pᵃ teneat in apotheca ſeu ca
mera taxillos uel naybos ſub pena xxv. libr̄ den
Et ſi diceret̄ talē Mercatorē uel Merciariū uel aliū artificē
uendidiſſe taxillos uel naibos ł tabulas poſſit illud probari
per duos teſtes bone fame etiā ſingulares et dcē pene tertia
ps q̄ uenerit in Coī ſit official' qui illū puniuerit uel ad
